euila. ⁊sabatha. ⁊regma. ⁊sabathaca. Filij regma.
saba. ⁊dadan. Porro chus genuit nemrod. Ipe
cepit ee potens in ꝑra. erat robustus uenator co
ram dño. Ab hoc exiuit prouerbium. Sicut nemrod robu
stus uenator coram dño. Fuit aūt principium regni
ei babylon. ⁊arach. ⁊archad. ⁊chalanne. in ꝑra
sennaar. De ꝑra illa egressus ē assur. ⁊edificauit
niniuen. ⁊plateas ciuitatis. ⁊chale. ⁊resen q; inter
niniuen. ⁊chale. Hec ē ciuitas magna. At uō
mesraim genuit ludim. ⁊anamim. ⁊laabim. ⁊nep
tum. ⁊phetrosim. ⁊ceslum. de quib⁹ egressi sunt philis
thiim. ⁊caphtorim. Chanaā aūt genuit sydone primo
genitū suū. ⁊hetheū. ⁊hebeum. ⁊amorreū. ⁊gerge
seū. ⁊euei. ⁊aracheum. ⁊sineū. ⁊aradiū. ⁊samareū.
⁊amathei. Et p̄os disseminati sunt ꝑ chananeos
ita. ⁊fact⁹ est terminus chanaā uenientib⁹ a sydone
gerara usq; gazam. ⁊donec ingredias sodomā ⁊go
morrā. ⁊adamam. ⁊seboim usq; lesa. Hi sunt filij cha
m cognationib⁹ ⁊linguis. ⁊gnationib⁹. in ꝑris ⁊gen
tib⁹ suis. De sem q; nati sunt patre oīum filioꝝ
heber. frē iapheth maioꝛe. Filij sem. elam. ⁊assur.
⁊ arphaxath. ⁊lud. ⁊aram. Filij aram. us. ⁊ul. ⁊gether
⁊ mes. At uō arphaxat genuit sale. ⁊quo defuncto
ē heber. Natiq; sunt heber. filij duo. ⁊ nomen uni
tati eo qđ in diebus eius diuisa sit ꝑra. ⁊nomen frīs
eius iectan. Et iectan genuit helmodad. ⁊saleph.
⁊asarmoth. ⁊iare. ⁊adoram. ⁊uzal. ⁊decla. ⁊ebuma

hel. sabi. ophyr. ⁊ euila. ⁊ iobab. Oēs isti filij
iectan. Et facta ē habitatio eor ꝺ messa ꝑgens
bz usq; sephar montē orientalē. Isti filij sem
sm cognationes ⁊ linguas ⁊ regiones in gēnib;
suis. xxvij.

Hę familie noe. iuxta ꝑples ⁊ nationes suas.
Ab his diuise sunt gētes in ra post diluuiū.
Erat aūt tra labij unius ⁊ sermonū eoꝝ dē. Cūq;
ꝓficiscerent ꝺ oriente inuenerē campū in ra
sennaar. ⁊ habitauerē ibi. Dixitq; alt ad proximū
suū. Venite faciam lateres ⁊ coquam eos igni.
Habueruq; lateres ꝓ saxis. ⁊ bitumē ꝓ cemēto. ⁊ dixe
runt. Venite faciamus nob ciuitatē ⁊ turrē cuꝰ
culmē ptingat celū. ⁊ nōem nrm aūt
q; diuidamur ne forte dispergamur in uniuersas tras. Descendit aūt dns
ut uideret ciuitatē ⁊ turrē quā edificabāt filij
adā. ⁊ dixit. Ecce unꝰ ē ꝑples ⁊ unū labiū oīb;.
Cepūq; hoc facere. nec desistent a cogitatiōib; suis.
donec eas opꝰ compleāt. Venite igitur descendamꝰ
⁊ cōfundamus ibi linguas eor. ut nō audiat unusq;
uocē proximi sui. Atq; ita diuisit eos dns ex illo lo
co. in ra sas ⁊ cęperunt edificare ciuitatē.
Et ideo uocatū ē nōmen eius babel. qa ibi cōfusa
ē labiū uniuersę tre. Et inde dispsit eos dns sup
faciem uniuersę regionis. Hec gñationes sem.
Sem centū erat ānoꝝ. qū genuit arfaxat. bien
nio post diluuiū. Vixitq; sem postq; genuit ar
faxat. quingentis ānis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vi
xit arfaxat anis. xxxv. ānis. ⁊ genuit sale. Vixitq;
arfaxat postq; genuit sale. ccc. iij. anis. ⁊ genuit
filios ⁊ filias. Sale quoq; uixit. xxx. ānis. ⁊ genuit
heber. Vixitq; sale postq; genuit heber. cccc.
tribus annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit aūt he
ber. xxxiij. annis. ⁊ genuit phaleg. Et uixit he
ber postquā genuit phaleg. cccc. xxx. ānis. ⁊ ge
nuit filios ⁊ filias. Vixit quoq; phaleg. xxx. ā
nis. ⁊ genuit reu. Vixitq; phaleg postquā genuit reu.
cc. ix. annis. ⁊ genuit filios ac filias. Vixit aūt re
u. xxxij. annis. ⁊ genuit sarug. Vixitq; reu postq;
genuit sarug. cc. vij. ānis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit nō sarug. xxx. ānis. ⁊ genuit nachor. Vixitq;
sarug postquā genuit nachor. cc. ānis. ⁊ genuit
filios ⁊ filias. Vixit aūt nachor. xxix. ānis. ⁊ ge
nuit thare. Vixitq; nachor postquā genuit
thare. cxix. ānis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vi
xitq; thare. lxx. annis. ⁊ genuit abram. nachor. ⁊ aꝝ.
Erūt aūt ḡnationes thare. xxviij.

Thare genuit abram. nachor. ⁊ aran. Porro aran ge
nuit loth. Mortuusq; ē aran aūt thare patrem
suū. in ra natiuitatis suę. in thare. ch. lxx. ānoꝝ. Duxe
rat aūt abrā ⁊ nachor uxores. nōmen uxoris abrā
sarai. ⁊ nōmen uxoris nachor melchu filia aran pa
tris melchę. ⁊ patris iesche. Erat aūt sarray sterilis.
nec habebat liberos. Tulit itaq; thare abrā filiū
suū. ⁊ loth filium aran filiū suū. ⁊ sarray nu
rum suā. uxorē abram filij sui. ⁊ eduxit eos ꝺ ur
chaldeoꝝ. ut irent in ra chanaan. Veneruq; usq; a
ran. ⁊ habitauerē ibi. Et fuerūt ches thare. cc. v.
annoꝝ. ⁊ mortuus ē in aran. xxix.

Dixit aūt dns abrā. Egredere ꝺ ra tua. ⁊ ꝺ cognati
one tua. ⁊ ꝺ domo patris tui. et uені in ra quā mon
strauero tibi. faciāq; te in gentē magnā. ⁊ benedicam
tibi. ⁊ magnificabo nōmen tuū. eroq; benedictus. benedicā benedicentib; tibi. ⁊ maledicā maledicentib; tibi.
atq; in te benedicent uniuersę cognationes tre. Egres
sus ē itaq; abrā sicut ꝓcepat ei dns. iuit cū eo loth.
Septuagenta. v. ānoꝝ erat abram. cū egrederetur
ꝺ aran. Tulitq; sarai uxorē suā. ⁊ loth filiū frīs
sui. uniuersamq; substantiā quā possederāt. ⁊ aīas quas
fecerāt in aran. ⁊ egressi sūt ut irent in ra chanaā.
Cūq; uenissent in eā. pertransiuit abrā tra usq; ad
locum sichē. usq; ad conuallem illustrē. Chana
neus aūt tūc erat in tra. xxx.

Apparuitq; dns abram. ⁊ dixit ei. Semini tuo da
bo tram hanc. Qui edificauit ibi altare dño. qui ap
paruerat ei. Et inde transgrediēs. admontē q erat
contrā orientē bethel. tetendit ibi tabernaculū suū. ab
occidente hns bethel. ⁊ ab oriente ay. Edificauit q;
ibi altare dño. ⁊ inuocauit nōmen eius. Proiciq;
abram uadens. ⁊ ulterius ꝓgrediens ad meridiē. Facta
ē aūt fames in ra. Descenditq; abrā in egyptum.
ut peregrinaret ibi. Prualuerat enī fames in ra.
Cūq; ꝓpe esset ut ingrederet egyptū. dixit sarray
uxori sue. Noui qꝺ pulchra facies mulier. ⁊ qꝺ cum
uiderint te egyptij. dicent sine uxor ipius ē. ⁊ i
terficient me. ⁊ te reseruabunt. Die ergo obsecro te.
qꝺ soror mea sis. ut bñ sit mihi ꝓpr te. ⁊ uiuat aīa
mea ob gram tui. Cū itaq; ingressus aūt abram e
gyptū. uiderūt egyptij mulierē qꝺ esset pulchra ni
mis. ⁊ nūciauerūt principes pharaoni. ⁊ laudauerūt
eam apud illū. ⁊ sublata ē mulier in domū phara
onis. Abrā uero bñ usi sunt ꝓpr illam. Fuerūtq;
ei oues ⁊ boues. ⁊ asini. ⁊ famuli. ⁊ famule. ⁊ asine. ⁊
cameli. Flagellauit aūt dns pharaonē ⁊ domū eius plagis maximis.
⁊ domū ei. ꝓpr sarai uxorē abrā. Vocauitq; pha
o abram. ⁊ dixit ei. Qꝺ nam ē qꝺ fecisti mihi. Quare
nō indicasti mihi qꝺ uxor tua esset. Qꝺ ideo obcāsi dicere
te sororē tuam. ut tollerē eam mihi in uxorē. Nūc
igit ecce cōiux tua. accipe eam. ⁊ uade. Precepit
q; pharao super abram. ⁊ deduxerunt eum. et
uxorē eius. ⁊ omnia que habebat. Ascendit ergo a
bram de egypto ipe. ⁊ uxor ei. ⁊ omnia que habebat. ⁊

loth cum eo. ad australem plagam. Erat aũr di
ues valde. impossessione argenti ⁊ auri. Pe⁹iitq;
ẽ p ner quo uenerat. a meridie in bethel. usq; ad lo
cum ubi prius fuerat tabnaculũ mẽ bethel. ⁊ ay.
in loco altaris qđ fecerat prius. et inuocauit ibi
nomẽ dñi. Sꝫ et loth qui erat cum abrã fuerunt
greges ouium. ⁊ armenta ⁊ tabnacula. nec poterat
eos capere tra. ut habitarent simul. Erat quippe substã
eor. multa. ⁊ nõ poterant habitare cõmuniter. Vñ ⁊ fta
ẽ rixa inter pastores gregũ abram ⁊ loth. Eo aũt
tpr chananeus ⁊ pherizeus habitabant in tra illa.
Dixit ergo abrã ad loth. Ne queso sit iurgium
inter me et te. ⁊ inter pastores meos ⁊ pastores tu
os. Frãs enim sumus. Ecce uniuersa tra coram te
ẽ. recede a me obsecro. Si ad sinistrã ieris. ego
dexteram tenebo. Si tu dextram elegeris. ego ad
sinistrã pgam. Eleuans itaq; loth oculis. vi
dit omnẽ circa regionẽ iordanis. que uniuersa
irrigabat. anteq; subuerteret dñs sodomã ⁊ gomor
ram sicut paradisus dei. ⁊ sicut egyptus uenienti
bus segor. Elegitq; sibi loth regionẽ circa iorda
nẽ. ⁊ recessit ab oriente. Diuisiq; sunt alternatim a
fre suo. Abram habitauit in tra chanaã. loth mo
ratus ẽ in oppidis que erãt circa iordanẽ. ⁊ habitauit
in sodomis. Homines aũr sodomite pessimi e
rant. ⁊ peccatores coram dño nimis. xxi.
Dixitq; dñs ad abram. postquã diuisus ẽ loth ab eo.
leua oculos tuos. ⁊ uide a loco in quo nũc es. ad aq
lonẽ ⁊ ad meridiẽ. ad orientẽ ⁊ ad occidentẽ. Omẽ
q; tram quã cõspicis tibi dabo. ⁊ semini tuo usq; in
sempiternũ. faciamq; semẽ tuũ sicut puluerẽ tre.
Si q̃s pr̃ hominum numerare puluerẽ. semẽ quoq;
tuũ numerare poterit. Surge. ⁊ pambula tram in
longitudinẽ ⁊ latitudinẽ tuã. qa tibi daturus sũ
eam. Mouens igit abrã tabnaculũ suum. uenit
⁊ habitauit iuxta cõuallẽ mabre. que ẽ in hebron.
edificauitq; ibi altare domino. xxii
Factum ẽ aũr in illo tpr. ut amraphel rex senna
ar. ⁊ arioch rex ponti. ⁊ chodorlaomor rex elamitã
rum. ⁊ thadal rex gentiũ. inirent bellum contra
regẽ sodomor. ⁊ contra bersa regẽ gomorre. ⁊ contra
semnaab regẽ adamẽ. ⁊ contra semeber regẽ seboim.
contra regem bale. qui ẽ segor. Omnes hi conue
nerãt in uallẽ siluestrẽ. que nunc ẽ mare sal. Duo
decim enim annis fuerãt chodorlaomor. ⁊ anno. xiii.
anno recesserant a eo. Igitur anno quarto. xiiii. ue
nit chodorlaomor. ⁊ reges q erant cum eo. percusser
q; raphaim in astaroth. carnaim. ⁊ zuzim cum el.
⁊ eum in saue cariathaim. ⁊ horreos in monte
seyr. usq; ad campestria pharan. q ẽ in solitudine.
Reuersiq; sunt. uenerũt ad fontẽ mesphat. qui ẽ ca
des. ⁊ percusserũt omnẽ regionẽ amalechitar. ⁊ amo
reum. q habitabat in asason thamar. Et egressi sũt
reges sodomor. ⁊ gomorre. bersa. adame. ⁊ seboim.
nec nõ ⁊ rex bale que ẽ segor. direxerũt aciem
contra eos. adiuncti sibi. saluer. aduersus chodor
laomor regẽ elamitar. ⁊ thadal regẽ gentiũ. et
amraphel regẽ sennaar. ⁊ arioch regem ponti. iiii.
reges aduersus quinq; Vallis aũt siluestris habe
bat puteos multos bituminis. Fugitq; rex sodomo
rum. ⁊ rex gomorre. terga uertũt. ceciderũtq; ibi
q remanserant fugerũt ad montẽ. Tulerũt aũr omnẽ
substantiam sodomor. ⁊ gomorre. ⁊ uniuersa que ad
escam pertinẽt. ⁊ abierũt. nec ũ loth. ⁊ substã
filii fris abram. q habitabat in sodomis. Et ecce
unus q euaserat nũciauit abrã hebreo. q habita
bat in conualle mabre. amorrei fris eschol. ⁊ fris
aner. Hi enim pepigerant fedus cum abrã. Qđ
cũ audisset abram captũ uideret loth fratrem suũ. nu
meratis expertis uernaculis suis. ccc. xviii.
⁊ persecutus ẽ eos usq; dan. Et diuisis sociis irru
it super eos nocte. percussitq; eos. ⁊ persequẽs ẽ usq; ho
ba. que ẽ a dextris damasci. Reduxitq; omnẽ substã
tiam loth fratrem suum. cũ substã illius. mulieres quoq;
⁊ uniuersum egressus ẽ aũr rex sodomor. in occursũ
eius. postquã reuersus ẽ a cede chodorlaomor. ⁊ re
gũ q cum eo erant. in uallẽ save que ẽ uallis regi.
Melchisedech aũr rex salẽ. proferens panẽ et
uinum. erat enim sacerdos dei altissimi. benedixit ei
⁊ ait. Benedictus abram dño excelso. q creauit celum
⁊ terram. ⁊ benedictus dñs excelsus. quo protegente hostes
tuos manibus tuis subditos. Et dedit ei decimas ex omnibus.
Dixit aũr rex sodomor. ad abram. Da mihi animas.
cetera tolle tibi. Cui ipse. Leuo manum meam ad
dñm deum excelsum. possessorem celi et terre. qđ a
filo subtegminis usq; ad corrigiam calige. nil ac
cepturus ex omnibus que tua sunt. ne dicas ego ditaui
abram. excepta his que comederunt iuuenes. ⁊ par
tibus uirorum q uenerũt mecum. aner. eschol. ⁊ ma
bre. Isti accipiant partes suas. xxviii.
His ita transactis. factus ẽ sermo dñi ad abram p
uisionẽ dicens. Noli timere abram. ego protector tu
us sum. ⁊ merces tua magna nimis. Dixitq; a
bram. Dñe dñs qđ dabis mihi. ego uado absq; liberis.
⁊ filius pactarius domus mee iste damascus eli
ezer. Addiditq; abram. Mihi aũr non dedisti semẽ.
⁊ ecce uernaculus meus heres meus erit. Statimq; ser
mo dñi factus ẽ ad eum dicens. Non erit hic he
res tuus. sed q egredietur de utero tuo ipse habeb
it heredem. Eductumq; eum foras. ait illi. Suspice
celum ⁊ numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit
semen tuum. Credidit abram deo. ⁊ reputatum ẽ ei ad iu

ſtiam. Dixitq; adeum. Ego dñs qui eduxi te de
hur chaldeoꝝ. ut darem t̄ terram iſtā. ⁊ poſſideres eā.
At ille ait. Dñe dñs. unde poſſū qđ poſſeſſurus
ſum eam. Et respondens dñs. Sume inquit mi uaccā
trienne. ⁊ capram trimā. ⁊ aietē annoꝝ. turturē
quoq; ⁊ columbū. Q̄ tollens universa hec. diuſit ea
p medium. ⁊ utraſq; partes contra ſe alterutrū poſu
it. Aues aūt non diuſit. Descenderūq; volucres ſu
per cadauera. ⁊ abigebat eas abram. Cumq; ſol occi
disſet. ſopor irruit ſup abram. ⁊ horror magnus ⁊
tenebroſus inuaſit eum. dictumq; ē ad eum. Scito p
noſcens qđ peregrinū futurum ſit ſemen tuū in terra
non ſua. ⁊ ſubiugent eos ⁊ affligent. ccc. annis.
Gentem aūt cui ſeruient ego iudicabo. ⁊ poſt
hec egredient cū magna ſubſtā. Tu aūt ibis ad patres
tuos in pace. ſepultus in ſenectute bona. Quarta aūt
generatione reuertent huc. Nondū enī complete ſu
nt iniquitates amorreoꝝ. uſq; ad preſens tps. Cūq; ergo
occubuiſſet ſol. facta ē caligo tenebroſa. ⁊ apparuit cliba
nus fumans. ⁊ lampas ignis inter diuiſiones
illas. In die illo pepigit dñs cū abrā fedus. dicens.
Semini tuo dabo terram hanc. a fluuio egypti uſq;
ad fluuiū magnū euphrathen. cyneos. ⁊ cenezeos. ⁊ cad
monеos. ⁊ ethеos. ⁊ pherezeos. ⁊ raphaim. Q̄. ⁊ amorreoꝝ
⁊ chananeos. ⁊ gergeſeos. ⁊ iebuſeos. Igitur ſarai u
xor abrā nō genuerat liberos. ſ. habēs ancillā egyptiā
nomine agar. dixit marito ſuo. Ecce concluſit me dñs
ne parerē. Ingredere ad ancillā meā. ſi forte ſaltē
ex illa ſuſcipiā filios. Cūq; ille adquieſceret deprecā
tui. ſarai egyptiā. ancillam ſuā. poſt annos. x. q̄
habitare ceperant in terra chanaā. dedit eā uiro ſuo uo
rē. Q̄ ingreſſus ē ad eam. At illa cōcepiſſe ſe uidēs
deſpexit dnām ſuā. Dixitq; ſarai ad abrā. Inique
agis contra me. Ego dedi ancillā meā in ſinū tuū.
que uidens qđ conceperit. deſpectui me habet. Judicet
dñs inter me et te. Cui respondēs abrā. Ecce ait ancilla
tua in manu tua ē. utere ea ut libet. Affligente igi
tur ſarai. fugā iniit. Cūq; inuenſſet illam angelus
dñi iuxta fontē aquē in ſolitudine q̄ ē in uia
ſur. dixit ad eam. Agar ancilla ſarai unde uenis
⁊ quo uadis. Que ait. A facie ſarai dñe mee ego fu
gio. Dixitq; ei angelus dñi. Reuertere ad dnām tuā.
⁊ humiliare ſub manu ipſius. Et rurſū. Multipli
cans multiplicabo ſemen tuum. nō numerabit p mul
titudinē. Ac deinceps. Ecce ait concepiſti. ⁊ paries fi
lium. uocabisq; nomen eius yſmael. eo qđ audierit dñs
affliccionē tuā. Hic erit fereus homo. Manus eius
contra oēs. ⁊ manus oīum contra eum. e regione habi
tabit. fratrum ſuoꝝ figet tabernacula. Vocauit aūt nomen
dñi qui loquebatur ad eā. tu dñs qui uidiſti me. di
xit enī. Vidi hic uidi poſteriora uidentis me.

Ipſe ē inquā cui dixiſti. Pepercit agar abre filiū.
qui uocatur nomen eius yſmael. Octogenta. ⁊ ſex an
noꝝ erat. qñ peperit ei agar yſmaelem. xxviij.
Octiquā uero. xcix. annoꝝ ē factus apparuit ei xvij
dñs. dixitq; ad eum. Ego dñs omnipotens. Ambula coram
me. ⁊ esto perfectus. ponamq; fedus meū inter me et
te. ⁊ multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit abrā
prunus in faciē. Dixitq; ei dñs. Ego sum. ⁊ pactū me
um tecū. eris q̄ pater multarum gentium. nec ultra uoca
bitur nomen tuum abrā. ſ. appellaberis abraham. qa
patrem multarum gentium constitui te. Faciamq; te ex
cedere uehementissime. ⁊ ponā ingentes in gentibus. egredq; ex te
egredientur. Et ſtatuā pactum meū inter me et te.
⁊ inter ſemen tuū poſt te in generationibus ſuis. federe ſempi
terno. ut sim dñs tuus et ſemini tuo poſt te. Dabo
q; ⁊ ſemini tuo terram peregrinationis tue. omnem
terram chanaā in possessionē eternā. eroq; dñs eorum.
Dixit iterū dñs ad abraham. Et tu ergo cuſtodies pa
ctum meū. ⁊ ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc
est pactum q̄d obſeruabis inter me et uos. ⁊ ſemen tuum
poſt te. Circūcidetur ex uobis omne maſculinum. et car
nem preputii uſtri. ut ſit in ſignum federis
inter me et uos. Infans. viij. die circumcidetur inter uobis.
Omne maſculinum in generationibus uſtris. tam ꝺ̄nacul
q̄ empticius. et circūcidetur. et q̄cūq; ꝺ̄ fuerit de ſtirpe tua.
Et erit pactum meum in carne uſtra. in fedus eternum.
Maſculus cuius preputii caro circūciſa ꝺ̄ fuerit. dele
bitur anima illa de populo ſuo. q̄ pactum meum irritum fecit.
Dixit quoq; dñs ad abraham. Sarai uxorem tuam ne uo
cabis ſarai. ſ. ſaram. Benedicam ei. et ex illa dabo tibi
filium. et benedicturus ſum. et erit in nationes. reges
q; populorum orientur ex eo. Cecidit abrahā in faciem
ſuam. et riſit. dicens in corde ſuo. Putasne centenario
nascetur filius. et ſara nonagenaria pariet.
Dixitq; ad dñm. Vtinam yſmael viuat coram te.
Et ait dñs ad abraham. Sara uxor tua pariet tibi
filium. uocabisq; nomen eius yſaac. et constituam pactum
meum illi in fedus ſempiternum. et ſemini eius poſt
eum. Sup yſmaelem quoq; exaudiui te. Ecce benedi
cam ei. et augebo. et multiplicabo eum ualde. Duodecim
duces generabit. et faciam illum in gentem magnam. Pactum
uero meum ſtatuam ad yſaac. quē pariet tibi ſara tē
pore iſto in anno altero. Cūq; finitus eſſet ſermo loquē
tis cum eo. aſcendit dñs ab abraham. Tulit aūt a
braham yſmaelem filium ſuum. et omnes ꝺ̄nacules domus
ſue. uniuſcuſq; quos emerat. cunctos mares de omni
bus uiris domus ſue. et circūcidit carnem preputii eorum
ſtatim uniuerſo die. ſicut precepat ei dñs. Abrahā. xcix. a
nor. qñ circūcidit carnem preputii ſui. et yſmael
filius eius. xiij. annos impleuerat. tpr circum
cisionis ſue. Eadem die circumcisus ē abraham

xxvii

Ismael filius eius. ⁊ omīs uir domꝰ illius tam
na ⁊ quā empti ⁊ uernaculꝰ ⁊ alienigene ꝑmixt ⁊ amī
ꝑmunt aūr ei dñs xxxv Cui sunt
in cōualle mābre sedenti in ostio tabnaculi sui.
in ipo feruore diei. Cumq; eleuassꝫ oculos. ap
paruerūt ei tres uiri stantes ꝓpe eum. Qs cū
uidisꝫ cucurrit in occursū eop; ⁊ adorauit in terra ⁊ dixit. Dñe si inuenī gr̄
am in oculis tuis. ne trānseas seruū tuū. Sꝫ afferā
paululū aque. ⁊ lauent pedes uīi ⁊ requescite
sub arbore. Ponā buccellā panis. ⁊ cor uīm
confortate. ⁊ postea trānsibitis. Festino enī deci
nasse ad seruū uīm. Q̄ dixerūt. Fac ut locuꝰ es.
Festinauitq; abrahā in tabnaculū ad saram
dixitq; ei. Accelera. tria sata simile cōmixte.
⁊ fac subcinericios panes. Ipe uō ad armentū
cucurrit. ⁊ tulit inde uitulū tenerrimū ⁊ optī
mū. deditq; puero. Q̄ festinauit. ⁊ coxit illum.
Tulit quoq; butyrū ⁊ lac. ⁊ uitulū quē coxerat.
⁊ posuit coram eis. Ipe uō stabat iuxta eos sub ar
bore. Cūq; cōmedissent. dixerūt ad eū. Ubi ē sa
ra uxor tua. Ille ꝛ. Ecce in tabnaculo ē. Cui
dixit. Reuertens ueniā ad te ꝑ tēpꝰ isto uita com
te. ⁊ habebit filium sara uxor tua. Quo audi
to sara ꝛsit. post ostium tabnaculi. Erant ē
ambo senex ꝓiectiq; etatis. ⁊ defecerat sare fi
eri muliebria. Que risit occulte dicens. Postq;
consenuī. ⁊ dñs mꝰ uetulus ē. uoluptati opam
dabo. Dixit aūr dñs ad abrahā. Quare risit sa
ra uxor tua dicens. num uē parritura sū anꝰ.
Numq; dō ē quicq; difficile. Iuxta cōstitutum
reuertar ad te hac eōdem tēpe uita cōmite. habe
bit sara filiū. Negauit sara dicēs ñ risi. timo
re perterrita. Dixit aūr ñ ē inqt ita. si risisti. Cū
ergo surrexissent inde uiri. direxerūt oculos su
os cont̄ sodomā. ⁊ abrahā simul gradiebatur
deducens eos. Dixitq; dñs. Celare poro
abrahā que gesturus sū. cū futur sit in gen
tē magnā. ac ualentissimā. ⁊ būdicere in eo sunt
illo omnes nationes tre. Scio enī qđ ꝓcepturus
sit filiis suis. ⁊ domui sue post se ut custo
diant uiā dñi. ⁊ faciant iudiciū. ⁊ iustitiā.
ut adducat dñs ꝓpe abrahā oīa que locutꝰ
ē ad eum. Dixit itaq; dñs. Clamor sodomo
rū ⁊ gomorreoꝝ multiplicatꝰ ē. ⁊ peccā eop; aggꝝ
uatū ē nimis. Descendā ⁊ uidebo utrū clamo
rē qui uenit ad me opꝰ cōpleuerīt. an ñ ē ita.
ut sciam. Cōuersiq; se inde abierūt sodomā.
Abrahā uō adhuc stabat coram dño. ⁊ ꝓpiq;
quās ait. Nūqd̄ pdes iustū cū impio. Si fu
erint. l. iusti in ciuitate ꝓbūt sustinebis ⁊ ñ par
ces loco illi ꝓpt̄ l. iustos si fuīnt in eo. Absit ate
ut rem hanc facias. ⁊ occidas iustū cum ipio. fiatq;
ut iustus sic impius. Nō ē hoc tuū qui iudicas
omnē trām. Nequaq; facies hoc iudiciū. Dixitq;
dñs ad eum. Si inuenero sodomis. l. iustos in
medio ciuitatis. dimittā omī loco ꝓpt eos. Pro
rēa abrahā. ait. Cepi semel api loquar ad dñm
meū. cū sim puluis ⁊ cinis. Qđ si minus. l. iu
stis. v. fuīnt. Delebis ꝓpt̄. xl. ciuitatē. Et ait. Nō delebo si inuenero ibi. xl. Rursū
qꝫ locutus ē ad eum. Sit aūr. xl. inuētꝰ fuīnt.
qđ facies. Ait. Nō puniā ꝓpt̄. xl. Precor
ingđ ne indigneris dñe si loquar. Qđ si inuenti
fuīnt ibi. xxx. Ait. Nō faciam si inuenero ibi. xxx.
Cepi semel. ait api loquar ad dñm meū. Qđ
si inuenti fuīnt ibi. xx. Dixit. Nō interficiā
ꝓpt̄. xx. Obsecro inqt ne irascatꝰ dñe. si loqr
ad huc semel. Qđ si inuenti fuīnt ibi. x. Dixit.
Non delebo ꝓpter. x. Abiit dñs postquā cessa
uit loq ad abraham. ille reuisit ē in loco suo.
Et uenerūt duo angeli sodomā uespe. xxxvi
sedente loth in foribus ciuitatis. Qui cū uidisꝫ eos
surrexit. obuiā eis. ⁊ adorauit. pnus in
faciem. ⁊ dixit. Obsecro dñi declinate in domū
pueri uīi. ⁊ manete ibi. Lauate pedes uīos. et
mane ꝓficiscemini uias uīas. Qui dixerūt. Mi
nime. sed in platea manebimꝰ. Cōpulit illos op
pido. ut diuerterēt ad eū. Ingressis q; domū il
lius fecit cōuiuiū. coxit ꝛ azima. ⁊ cōmederūt. Ver
sūm qua irent. nō nouerūt. uiri autem ciuitatis
domui illius a puero usq; ad senē. omīs ꝓpls
simul. uocauerūq; loth. ⁊ dixerūt ei. Ubi sūt ui
ri q; introierūt ad te nocte. Educ illos huc. ut
cognoscamꝫ eos. Egressus ad eos loth post tergū
ꝛ ostium. ait. Nolite quesō fres mei.
nolite malū hoc facere. Habeo duas filias
que nec dū cognouerūt uirū. educā eas ad uos.
⁊ abutimini eis sicut uob placuerit. dum mō
uiris istis nichil faciatis mali. q̄ ingressi sunt
sub umbra culminis mei. At illi dixerūt. Recede
illuc. Et rursū. Ingressus es inquīt ut adue
na. nūqd ut iudices. Te ergo ipm magis q̄m
hos affligemus. Uimq; faciebant loth nimiū
uiolente. Iam ꝓpe erat ut effringerēt fores. et
ecce miserūt manū uiri. ⁊ introduxerūt ad se loth.
clausisq; ostiū. ⁊ eos q̄ erāt foris percusserūt ce
citate a minimo usq; ad maximū. ita ut ostiū
inuenire ñ possent. Dixerūt uir ad loth. Habes
hic tuos. q̄ quis. generos aut filios aut filias.
Oēs q tui sunt educ de urbe hac. Delebimus enī
locum istum. eo qđ increuerit clamor eop; coram

dño. qui misit nos ut pdamus illos. Egressus itaq; loth locutus ē ad generos suos qui acceptum erant filias eius. ⁊ dixit. Surgite. ⁊ egredimini de loco isto. quia delebit dñs ciuitatem hāc. Et uisus ē eis quasi ludens loqui. Cūq; esset mane. festinabant eum angli dicentes. Surge. ⁊ tolle uxorem tuā. ⁊ duas filias quas habes. ne ⁊ tu pereas iniquitate ciuitatis. Dissimulante illo. apprehenderūt manū eius. ⁊ manū uxoris ac duarū filiarū eius. eo qđ parceret dñs illi. eduxerūtq; eum posueruntq; extra ciuitatē. Ibi locuti sunt ad eum dicentes. Salua aiām tuā. Noli respicere post tergum. nec stes in omni circa regione. sed in monte saluū te fac. ne ⁊ tu simul pereas. Dixitq; loth ad eos. Quaeso dñe mi. quia inuenit seruus tuus gratiā coram te. ⁊ magnificasti miām tuā quā fecisti mecū. ut saluares aiām meā. nec possū in monte saluari. ne forte apprehendat me malū ⁊ moriar. Est ciuitas hec uicina ad quā possim fugere parua. ⁊ saluabor ibi. nūqd ī modica ē. ⁊ uiuet aīa mea. Dixitq; ad eum. Ecce etiā in hoc suscepi pces tuas. ut nō subuertā urbē pro qua locutus es. Festina ⁊ saluare ibi. quia nō potō facere quicq; donec ingrediaris illuc. Iccirco uocatū ē nomē urbis illius segor. Sol egressus ē super terrā. ⁊ loth ingressus est in segor. xxvij.

Itaq; dñs pluit sup sodomā ⁊ gomorrā sulphur ⁊ ignē a dño de celo. ⁊ subuertit ciuitates has. ⁊ omnē circa regionē. omnes habitatores urbiū. ⁊ cuncta terre uirentia. Respiciensq; uxor eius post se. ūsa ē in statuā salis. Abraham aūt consurgēs mane ubi steterat prius cū dño. intuitus ē sodomā et gomorrā. ⁊ uniuersā terrā regionis illi. uiditq; ascendentē fauillā de terra. qī fornacis fumū. Cū enī subuerteret dñs ciuitates regionis illius recordatus ē abrahe. liberauit loth de subuersione urbium in qbus habitauerat. Ascenditq; loth de segor. ⁊ mansit in monte. duę quoq; filie eius cum eo. Timuit enī manere i segor. ⁊ mānsit in spelunca ipe ⁊ duę filie eius. Dixitq; maior ad minorē. Pater nr senex ē. ⁊ nullus uirorū remānsit in terra. q ingredi ad nos. iuxta morē uniuerse terre. Veni inebriemus eū uino. dormiamq; cū eo. ut fuscitemus de patre nr̄o semē. Dederūt itaq; patri suo bibere uinū nocte illa. ⁊ ingressa ē maior. dormiuitq; cū patre. Ille nō sensit nec quā accubuerit filia. nec quā surrexerit. Altera quoq; die dixit maior ad minorē. Ecce dormiui heri cū patre meo. demus ei bibere uinū etiā hac nocte. ⁊ dormies cū eo. ut saluemus semē de patre nr̄o. Dederūt et illa nocte patri uinū. ingressaq; minor filia dormiuit cum eo. Et nec hanc quidē sensit ubi quā dormierit. ut quā uel surrexerit. Concepitq; ergo duę filie loth de patre suo. Peperitq; maior filiū. ⁊ uocauit nomē eius moab. Ipe ē pr̄ moabitarū usq; in pñsentem diē. Minor quoq; peperit filium. ⁊ uocauit nomē eius ammon. Ipe est pater ammonitarū usq; hodie. xxviij.

Profectus inde abrahā in terram australē habitauit inter cades ⁊ sur. ⁊ peregrinat ē in gerara. Dixitq; de sara uxore sua. soror mea ē. Misit q abimelech rex gerare. ⁊ tulit eā. Venit aūt dñs ad abimelech p somniū nocte. ⁊ ait illi. En mortuus ipe moriere pro mulier quā tulisti. hēt enī uirum. Abimelech uero nō tetigerat eam. Et ait. Dñe. nūquid gentē ignorantē ⁊ iusta occides? Nonne ipe dixit mihi soror mea ē. ⁊ ipa ait. frr̄ meus ē. In simplicitate cordis mei. ⁊ munditia manuum mearū feci hoc. Dixitq; ad eū dñs. Et ego scio qđ simplici corde feceris. ⁊ ideo custodiui te ne peccares in me. nec dimisi ut tangeres eā. Nūc ig reddе uxorē uiro suo. qm̄ pphēta ē. ⁊ orabit pro te. ⁊ uiues. Si aūt nolueris reddere. scito qđ morte morieris tu. ⁊ omnia que tua sūt. Surrexitq; de nocte consurgēs abimelech. uocauit omnes seruos suos. ⁊ locutus ē uniuersa uba hec in auribus eorū. Timuerūtq; omnes uiri ualde. Vocauit aūt abimelech etiā abrahā. ⁊ dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te. quia iduxisti super me. ⁊ super regnū meū peccatū grande? Que non debuisti facere fecisti nobis. Preterēaq; expostulans ait. Quid uidisti ut hoc faceres? Respondit abrahā. Cogitaui me eum dicens. Forsitan nō ē timor dei in loco isto. ⁊ interficient me. pp uxorē meā. Alias aūt uere soror mea ē. filia patris mei. ⁊ nō filia matris mee. ⁊ duxi eam uxorē. Postquā aūt eduxit me dūs de domo patris mei. dixi ad eam. Hanc miām gratiā meā. In omni loco adquē ingrediemur. dices qđ frr̄ meus sim. Tulit ig abimelech oues et boues. ⁊ seruos ⁊ ancillas. ⁊ dedit abrahā. reddidit q illi saram uxorē suā. ait. Terra coram uobis ē. ubicūq; ti placuerit habita. Sare aūt dixit. Ecce mille argenteos dedi frr̄ tuo. Hoc erit tibi in uelamen oculoꝝ. ad omnes q tecū sunt. Et quāq; patrona. memento te deprehensam. Orauit aūt abrahā. sanauit dūs abimelech. uxorē eius. ⁊ ancillas eius. ⁊ peperē. Concluserat enī dūs omnē uuluā domus abimelech. pp̄ saram uxorē abrahā. Visitauit aūt dñs saram sicut promisit. xxx.

Et impleuit q locutus ē. concepitq; ⁊ peperit filiū in senectute sua. tpe quo prefixerat ei dūs. Vocauitq; abraham nomē filij sui quē genuerat ei sara.

ysaac. ⁊ ait illi dixit cum octauo die circuncidet
dñs cum centū ēet annoꝝ. Hac quippe etate
patris natus ē ysaac. Dixitq; sara. Risum fe
cit mihi dñs. Quicunq; audierint corridebunt mihi.
Rursusq; ait. Quis auditurus credidit abraham.
qđ sara lactauit filiū quē peperit et iam senex? Cre
uit igitur puer ⁊ ablactatus ē. Fecitq; abraham
grande cōuiuiū in die ablactationis eius. xxi.
Cumq; uidisset sara filiū agar egyptie luden
tē cū ysaac. dixit ad abrahā. Eice ancillā et
filiū eius. Nō enī erit heres filius ancille cū
filio meo ysaac. Dixit accepit hoc abraham p
filio suo. Cui dixit dñs. Nō tibi uideatur aspū
sup puero ⁊ sup ancilla tua. Omīa que dixit
t sara audi uocē eius. qa in ysaac uocabit t
semē. Sz et filiū ancille faciā ingtē magnā.
qa semē tuū ē. Surrexit itaq; abrahā mane.
⁊ tollens panē ⁊ utrē aque. ꝑposuit scapule
ei. tradiditq; puerū ⁊ dimisit eā. Que cū abis
sz errabat in solitudine bersabee. Cūq; cōsūpta
ēet aqua in utre. abiecit puerū subt unā ar
borē que ibi erant ⁊ abiit. seditq; ex ḡe e. pul
simū pōt arcus iacere. Dixit enī. Nō uidebo
morientē puerū. Et sedens cont̄ leuauit uocē
suā ⁊ flauit. Exaudiuit aūt dñs uocē pueri. Vo
cauitq; angls dñi de celo agar. dicēs. Qđ agis
agar? Noli timere. Exaudiuit enī dñs uocē pue
ri. de loco in quo ē. Surge. tolle puerū ⁊ tene
manū illius. qa in gentē magnā faciā eū. Ap
eruitq; oculos ei dñs. Que uidit puteū aque abi
it ⁊ implenit utrē. deditq; puero bibere. ⁊ fu
it cū eo. Et ille habitauit in solitudine. ⁊ fēs
ē iuuenis sagittarius. Habitauitq; in deserto phā.
Accepit illi mr sua uxorē de tra egypti. xxi
Qđ cū ipse dixit abimelech ⁊ phicol princeps
exercitus eius ad abrahā. Dñs tecū ē in omni
bus que agis. Jura ergo p deū ne nocebis mi
⁊ posteris meis sed iuxta mīam
qua fecī t facias mihi ⁊ terre in qua ūcolatus es ad
uena. Dixitq; abrahā. Ego iurabo. Et increpa
uit abimelech ppt puteū aq. q̄ ui abstulerāt
serui illius. Rndit̄q; abimelech. Nescaui q
fecerit hanc rē. Sz et tu nō indicasti mihi. ego
nō audiui preter hodie. Tulit itaq; abrahā oues
⁊ boues. dedit abimelech. percussitq; ambo
fedus. Et statuit abrahā septē agnas gregis
seorsū. Cui dixit abimelech. Qđ sibi uolunt
septē agne iste quas stare fecisti seorsū? Ar il
le. Septē agnas accipies de manu mea.
ut sint testimoniū in qđ ego fodi puteū iste.
Jdcirco uocatus ē locus ille bersabee. quia ibi
uterq; iurauit. ⁊ inierūt fedus p puteo iuramēti.
Surrexit aūt abimelech ⁊ phicol princeps milī
tie eius. reuersiq; sunt in terā palestinoꝝ. Abrahā
uo plantauit nemus in bersabee. ⁊ inuocauit i no
mīe dñi dī eīni. ⁊ fuit colonus in terra philistinoꝝ die
Ue postq̄ gesta sunt. xxii. Et factū est post
temptauit dñs abraham. ⁊ dixit ad eum. Abrahā. xxii
abraham. Ille aūt. Ad sum. Dixitq; ei. Tolle filium
tuū unigenitū q̄ diligis ysaac. ⁊ uade in terā
sioīs. atq; offer eum ibi in holocaustū sup unū
montū quē monstrauero tibi. Igitur abrahā de nocte
cōsurgens. strauit asinū suū. ducēs secum
duos iuuenes. ⁊ ysaac filiū suū. Cūq; cōcidisset
ligna in holocaustū. abiit ad locū quē preceperat ei
dñs. Die aūt tertio eleuans oculos uidit locum procul.
dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cū asino.
Ego ⁊ puer illuc usq; properantes. postq̄ adorauerīt
reuertemur ad uos. Tulit q̄ ligna holocausti.
⁊ imposuit sup ysaac filiū suū. ipse uō portabat
in manibus ignē ⁊ gladiū. Cūq; duo pgrederent si
mul. dixit ysaac patri suo. Pr mi. At ille ei.
Qd uis fili? Ecce ignis ⁊ ligna. Vbi ē uic
tima holocausti? Dixit abraham. Dñs pūdebit
sibi uictimā holocausti fili mi. Pgrediunt ergo
pariter. uenerūtq; ad locum q̄ ostenderat ei deus.
In quo edificauit altare ⁊ desup ligna cōposuit.
Cūq; colligasset ysaac filiū suū. posuit eū in alta
ri sup struē lignoꝝ. extenditq; manū ⁊ arripu
it gladiū. ut immolaret filiū. Et ecce angls dñi
de celo. clamauit dicēs. Abrahā abrahā. Ille
Ad sum. Dixitq; ei. Ne extendas manū tuā sup
puerū. neq; facias illi quicq̄. Nūc cognoui qđ
timeas dñm. ⁊ nō pepercisti filio tuo unigenito p
ter me. Leuauit abrahā oculos. uidit post
tergum arietē inter uepres herentē cornibꝰ. Que
assumēs. obtulit holocaustū p filio. Appellauit
q; nomē loci illius. dñs uidet. Vñ usq; hodie dr.
in monte dñs uidebit. Vocauit aūt angls dñi a
brahā secūdo de celo dicens. Per memetipm iura
ui dicit dñs. qa fecisti rem hanc nec pepercisti fi
lio tuo unigenito. benedicam t ⁊ multiplicabo se
mē tuū sicut stellas celi ⁊ ut arenā que ē in
littore maris. Possidebit semē tuū portas inimi
corꝝ suoꝝ. ⁊ benedicent in semine tuo oēs gentes tre.
qa obedisti uoci mee. Reuersus ē abrahā ad pue
ros suos. abieruntq; bersabee simul. ⁊ habitauit i
His ita gestis. nūciatū ē abraham qđ melche
ha quoq; genuisset filios nachor frī suo. hus p
mogenitū ⁊ buz fratrem eius. camuel patrē syroꝝ.
⁊ chased ⁊ azau. pheldas quoq; ⁊ iedlaph. at bu
tuel. de quo nata ē rebecca. Octo istos genuit mel



cha nachor frī abraham. Conubina uō illius
noīe roma. peperit ei tabee gaon ⁊ thas ⁊ maachu.
genes xxiij Vixit aūt sara .c. xxvij. ānis ⁊ mortua xliij.
ē in ciuitate arbee que ē hebron in trā chanaan.
Venitq; abrahā. ut plangeret ⁊ fleret eā. Cūq;
surrexisset ab officio funeris locutus ē ad filios
heth. Aduena sum ⁊ peregrinus apud uos. Date
mihi sepulchri uobiam. ut sepeliam mortuū
meū. Respondentq; filij heth. Audi nos dñe. Vn
ceps dei es apud nos. In electis sepulcris nris sepe
li mortuū tuū. nullusq; prohibere te potest quī in
monumēto suo sepelias mortuū tuū. Surrexit a
braham ⁊ adorauit ppli terre filios uidelicet het.
Dixitq; ad eos. Si placet aīe uestre ut sepeliam mor
tuū meū. audite me. ⁊ intercedite apud ephron fi
lium sohar. ut det mihi speluncā duplicē quā hz in
extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat
mihi eam coram uob. in possessionē sepulcri. Hā
bat aūt ephron in medio filioz heth. Respondit q;
ephron ad abraham audientibus cunctis. audientib; q ingrediē
tur portā ciuitatis illi. dicēs. Nequaq; ita fiet
dñe mi. sed magis ausculta qđ loquor. Agrum
trado tibi. ⁊ speluncā que in eo ē. psentib; filijs po
pli mei. sepeli mortuū tuū. Adorauit abrahā co
ram pplo terre. ⁊ locutus ē ad ephron audentibus cunctis plebis. Queso ut audias me. Dabo pecuniā. pagu.
sus q; eam. ⁊ sic sepeliā mortuū meū in eo. Respondit
ephron. Dñe mi audi. Terra q postulas. ccc. sic
los argenti ualet. Istud ē quidē inter me ⁊ te.
Sed quantū ē hoc. Sepeli mortuū tuū. Qđ cū
audisset. abraham. appendit pecuniā q ephron po
stulauerat audientibus filijs heth. cccc. siclos ar
genti. ⁊ probate monete publice. Confirmatusq; ē
ager quondā ephronis. in quo erat spelunca duplex
respiciens mambre. tam ipse q speluncā. ⁊ oēs arbo
res eius in cunctis finibus per circuitū abrahe in
possessionē. uidentibus filijs heth. ⁊ cunctis q in
trabant portā ciuitatis illius. atq; ita sepeliit
abrahā sarā uxorē suam. in spelūca agri dupli
ci qui respicit mambre. hec ē ebron in trā cha
naan. Et cōfirmatus ē ager. ⁊ antrū qđ erat in
eo abrahe in possessionē monumēti a filijs het.
genes iij Vixit aūt abraham senex dieq; xliij.
multis. ⁊ dñs in omnibus bñdixerat ei. Dixitq;
ad puerum seniorē domus sue. q̄ preerat omnibus q̄
habebat. Pone manū tuā subter femur meū.
ut adiurē te p dñm deum celi ⁊ terre. ut nō accipias
uxorē filio meo de filiabus chananeorū inter quos
hito. et adiram ⁊ ad cognationē meā. proficisca
ris. nisi accipias uxorē filio meo ysaac. Respon
dit. Si noluerit mulier uenire mecū in terram hanc.
nūquid reducere debeo filium tuū ad locum de quo tu egressus es. Dixit abraham. Cauе ne quando reducas fi
lium meū illuc. Dñs deus celi qui tulit me de do
mo patris mei. ⁊ de terra nativitatis mee. qui locutus
est mihi. ⁊ iurauit dicēs semini tuo dabo terram hanc.
ipse mittet angelum suum coram te. ⁊ accipies inde
uxorē filio meo. Sin aūt noluerit mulier sequi
te. nō tenebris iuramēto. filius tuus meus ne re
ducas illuc. Posuit ergo seruus manū sub fe
more domini sui. ⁊ iuravit illi super sermōe
hoc. Tulitq; decē camelos de grege dñi sui. ⁊ abiit.
cunctis bonis eius portans secū. Profectusq; pro
fectus mesopotamiā. adurbē nachor. Cumq; camelos fecisset
accumbere extra oppidū iuxta puteum aque uespere. eo
tpe quo solent mulieres egredi ad hauriendā a
quā. dixit. Dñe deus dñi mei abrahā. occurre ho
die obsecro mihi. ⁊ fac misericordiam cū dño meo abrahā.
Ecce ego sto iuxta fontē aque. ⁊ filie habitatorum
huius ciuitatis egredientur ad hauriendā aquā. Si
puella cui dixero inclina hydriā tuā ut bibam.
illa responderit bibe. quin ⁊ camelis tuis dabo
potū. ipsa ē quā preparasti seruo tuo ysaac. ⁊ per hoc i
telligam qđ feceris misericordiam cū dño meo. Nec dū
intra se ultima compleuerat. ecce rebecca egrediebā
tur filia bathuel filij melche uxoris nachor fris
abraham. hūs urnam in scapula. puella decora
nimis. uirgoq; pulcherrima. ⁊ incognita uiro.
Descenderat aūt ad fontē. impleueratq; urnam.
ac reuertebatur. Occurritq; ei seruus. ⁊ ait. Paruu
lum mihi ad bibendum prebe aque de hydria tua. Et
ille. bibe dñe mi. Celeriterq; deposuit urnā super
ulnam suā. ⁊ dedit ei potum. Cūq; ille bibisset.
adiecit. Etiā camelis tuis hauriam aquā. donec cū
cti bibant. Effudensq; urnā in canalibus. recucurrit
ad puteum ut hauriret aquā. ⁊ hausta omnibus ca
melis dedit. Ille aūt contemplabatur eā tacitus. sa
tis uolens utrū prosperum fecisset uiter suū dñs. an
nō. Postq; ergo biberunt cameli. protulit uir in
aures aureas appendentes siclos duos. ⁊ armil
las totidem. pondo siclorū .x. Dixitq; ad eam. Cuius es filia. Indica mihi. Est in domo patris tui locus
ad manendū. Cui illa. Filia bathuel sum filij
melche. quē peperit nachor. Et addidit dicens.
Palearum quoq; ⁊ fenum plurimū ē apud nos.
⁊ locus spatiosus ad manendū. Inclinauit se hō.
⁊ adorauit dñm dicēs. Bñdictus dñs deus dñi
mei abrahā. q nō abstulit misericordiam ⁊ ueritatē suā
a domino meo. ⁊ recto me itinere perduxit in domū fris
dñi mei. Cucurrit puella ⁊ nūciauit in do
mo matris sue. oīa que audierat. Habebat aūt
rebecca fratrē nōie laban. q festinus egressus ē.
ad hominem ubi erat fons. Cumq; uidisset inaures

⁊armillas inmanib⁹ soreis sue. ⁊audiſſi; cūcta
ubi referentis. Hi locutus ē m̄ hō. uenit ad uirū
qui habit uirta camelos. ⁊ppe fontē aque. dī
ctiq; ad eum. Ingrēdē būdicte dñi. Cur foris
stas. Pparaui domū ⁊ locū camelis. Et int
duxit eam i hospiciū. ac destrauit camelos. de
ditq; pleas et fenū ⁊ aquā ad lauādos pdes
camelor. ⁊ uiror. q uenerāt cum eo. Et appō
tus ē in cōspectu eius pnus. Cui ait. Nō cō
medā donec loquar sm̄ones meos. Dic ei. loq̄
re. At ille. Puer ingt abrahā sum. Et dñs
būdixit dño meo ualde. magnificatq; ē. ⁊ de
dit ei oues ⁊ boues. argentū. ⁊ aur. seruos et
ancillas. camelos ⁊ asinos. Et pepit sara uxor
dñi mei filiū dño meo i senectute sua. deditq;
illi oīa que habuerat. Et adurauit me dñs
meus dicens. Nō accipias uxorē filio meo de
filiab⁹ chananeor. in quor. tra hīto. Sed ad dom
mū patris mei pgres. ⁊ ad cognatōē mea accipi
es uxorē filio meo. Ego uō dixi dño meo. Qđ
si noluīt uenire mecū mulier. Dñs aut i cui
cōspectu ambulo. mittet angl̄m suū tecū. ⁊ di
rigit uiā tuā. accipiesq; uxorē filio meo de cog
nōē mea ⁊ de domo patris mei. Innocēs eris a
maledictiōē mea. cū uenens ad ppinquos me
os. ⁊ illi dederint ē. Veni ergo ad fontē. ⁊ dixi.
Dñe dō dñi mei abraham. si diriget uiā me
ā in qua nūc ambulo. ecce sto uirta fontē aq̄.
⁊ uirgo que egredietur ad hauriendā aquā. au
diensq; ame da m̄ paululū aque ad bibendū
et ydria ma. ⁊ dixerit m̄. ⁊ tu bibe. ⁊ camel
hauriā. ipa ē mulier quā pparauit dñs filio dñi
mei. Dū hec tacitus mecū uoluerē. apparuit
rebecca uenies cū ydria. quā portabat in sca
pula. descenditq; ad fontē ⁊ hausit aquā. ⁊ ro
ad eam. Da m̄ paululū bibere. Que festinā
deposuit ydriā d humero. ⁊ dixit m̄. Et tu
bibe. ⁊ camelis tuis potū triduum. bibi. ⁊ ad
aquam camelos. inūrgauitq; eam. ⁊ dixi. Cu
ius es filia. Que ri. Filia bathuel sum filij na
chor. quē pepit illi melcha. Suspendi itaq; m
anues ad ornandū faciē eius. ⁊ armillas posui
in manib⁹ ei⁹. pnusq; adorauī dñm. benedixi dño
dō dñi mei abraham. q̄ pduxit me recto itinē.
ut sumerē filiā frīs dñi mei. filio eius. Quā
obrem si facitis mīam. ⁊ uēritatē cum dño meo.
indicate m̄. Sin aūt aliud placet. ⁊ hoc dicite.
ut uadam ad dexteram siue ad sinistrā. Respon
derūt laban. ⁊ bathuel. A dño egressus ē sermo. ⁊ nō pte
sumꝰ extra placitū eius. ecce rebecca coram te ē. tolle eam. ⁊ pficiscere. ⁊
sit uxor filij dñi tui. sicut locutus ē dñs. Qđ cum
audiſſi; puer abrahā. adorauit terrā dñm.
protulitq; uasa argentea. ⁊ aurea ac uestib⁹
dedit ea rebecce. p munere. fratrib⁹ quoq; eius. ⁊
matri dona obtulit. Inito q̄ conuiuio. uescentes
pariter. ⁊ bibentes. mansērūt ibi. Surgēs aūt
mane. locutus ē puer. Dimitte me. ut uadā
ad dñm meū. fratres eius. ⁊ mat. Ma
neat puella saltem. x. dies apud nos. ⁊ post
ea pficiscetur. Nolite me. aūt retinē. qa dūs
direxit uiam meam. Dimittite me. ut pgam
ad dñm meū. Dixerunt. Vocemus puellam. ⁊
querām ipius uoluntatē. Cūq; uocata uenisset.
interrogati sunt. Vis ire cū homine isto. Que ait.
Vadā. Dimiserūt ergo eā. ⁊ nutricē illi⁹. suosq; a
braam. ⁊ comites eius. impositis camelis. pfec
tique sunt. benedixerūtq; sorori sue. atq; dixerunt. Soror nā es. crescas in mille
milia. ⁊ possideat semē tuū portas inimicor⁹ suor. Ysaac. Rebecca. ⁊ puelle illi⁹ ascensis ca
melis. secute sunt uirum. Qui festinus reuer
titur ad dñm suū. Eo tpe ysaac ambulabat
p uiam que ducit ad puteū. ad quē ē uiue
tis. ⁊ uidentis. Habitabat enī in terra austra
li. egressus fuerat ad meditandū in agrō inclī
nata iam die. Cūq; eleuassi; oculos. uidit came
los uenientes procul. Rebecca quoq; cōspecto y
saac descendit de camelo. ait ad puerū. Qis ē
iste hō qui uenit p agrum in occursum nob. Qui
dixit ei. Ipe ē dñs meus. At illa tollēs cito
pallium. operuit se. Seruus aūt omnia que
gesserat. narrauit ysaac. Qui introduxit eam
in tabernaculū sare matris sue. ⁊ accepit eam
uxorē. tantāq; dilexit ut dolorē q̄ de matre
mat acciderat temperet. Abrahā uero aliā
duxit uxorē nomine cethurā. que peperit ei
zamrā. ⁊ iecan. ⁊ madan. ⁊ madian. ⁊ iesbech.
⁊ sue. Jecan quoq; genuit saba. ⁊ dadan. fi
lij dadan fuerē assurim. ⁊ latusim. ⁊ laomim.
At uō ex madian ortus ē epha. ⁊ opher. ⁊ enoch.
⁊ abida. ⁊ eldaaa. Omnes hi filij cethure. De
ditq; abraham cuncta que possederat ysaac.
filijs aūt concubinar. largitus ē munera. ⁊
separauit eos ab ysaac filio suo dum adhuc ipe
uiueret. ad plagam orientalē.

Fia vij loō i

xxv

xlv

Sunt aūt omnes dies uite abrahe. c. lxxv. ānos.
⁊ defluens senectute bona. plenus
dierū. congregatusq; ē ad
patres suos. ⁊ sepelierunt eum ysaac. ⁊ ysmahel
filij sui in spelunca duplici que sita ē i agro
ephron filij soor. hethei. e regione mābre quā
emerat a filijs heth. Ibi sepultus ē ipe. ⁊ sara

uxor eius. Et post obitum ipsius bñdixit ds ysa
ac filio eius. qui hitabat iuxta puteū noīe uiuē
tis et uidentis. xlvj.
Hec sūt gñationes ysmael filij abraham. quem
peperit ei agar egyptia famula sare. et hec nomīa
filiorū eius. inuocabulis et gñationibus suis. Pri
mogenitus ysmaelis nabaoth. De inde cedar. et
abdeel. et mabsam. masma quoque et duma. et ma
sa. adad. et thema. itur. et naphis et cedma. Isti sūt
sunt filij ysmael. et hec noīa p castella et oppida e
orū. duodecī principes tribuum suarū. Et facti
sunt āni uite ysmael. c. xxx. et vij. deficiensque mo
tuus ē. et appositus ad pplm suū. Habitauit ā
ab eiula. usque sur. que respicit egyptum intro
euntibus assyrios. et coram cunctis fribus suis obiit.
Hec quoque sūt gñationes ysaac xlvij.
filij abraham. Abrahā genuit ysaac. Qui cū. xl.
eēt annorū. duxit uxorem rebeccā filiā batuel
syri. de mesopotamia sororem labam. Deprecatusque
ē ysaac dñm p uxore sua. eo qd eēt sterilis. Qui ex
audiuit eum. et dedit conceptū rebecce. Sed col
lidebantur in utero ei paruuli. Que ait. Si sic mi
futurū erat. qd necesse fuit concipere. Perrexitque
ut consuleret dñm. Qui respondens ait. Due gen
tes in utero tuo sunt. et duo ppli ex uentre tuo diui
dentur. pplsque pplm superabit. et maior minori ser
uiet. Jam tps pariendi uenerat. et ecce gemini in
utero eius reperti sunt. Qui prius egressus ē rufus e
rat. et totus in morē pellis yspidus. uocatūque ē
nomē eius esau. Protinus alter egrediens. plantā
fris tenebat manu. et iecurto appellauit eū iacob.
Sexagenarius erat ysaac. qn nati sūt ei paruu
li. Quibus adultis. factus ē esau uir gnarus ue
nandi. et homo agricola. iacob aūt uir simplex
hitabat in tabernaculis. Ysaac amabat esau eo q
de uenationibus eius uesceretur. et rebecca dilige
bat iacob. Coxit aūt iacob pulmentum. Adque
cum uenissi esau de agro lassus ait. Da mi de coc
tione hac rufa. quia oppido lassus sum. Quā
ob cām uocatum ē nomen eius edom. Cui dixit
iacob. Vende mi primogenita tua. Ille rx. En
morior. Qd mi pderunt primogenita. Ait iacob.
Jura ergo michi. Jurauit esau et uendidit pri
mogenita. et sic accepto pane et lentis edulio. co
medit et bibit. et abijt. paruipendens quod pri
mogenita uendidissz. xlviij.
Orta aūt fame sup terram post eam sterilitatē
que acciderat in diebus abraham. abijt ysaac ad
abimelech. regem palestinorū in geraram. ap
paruitque ei dñs. et ait. Ne descendas in egyp
tum. sz quiesce in terra quam dixero tibi. et peregri
nare in ea. eroque tecum. et bñdicam tibi. Tibi enī et se
mini tuo dabo uniuersas regiones has. cōplens iu
ramentum qd spopondi abraham patri tuo. et multi
plicabo semen tuū sicut stellas celi. daboque poste
ris tuis uniuersas regiones has. et bñdicentur in
semine tuo omēs gentes terre. eo qd obedierit abra
ham uoci mee. et custodierit precepta et mandata n
mea. et cerimonias legesque seruauerit. Mansit
itaque ysaac in geraris. Qui cum interrogaretur
a uiris loci illius sup uxore sua. rx. Soror mea ē.
Timuerat enī confiteri qd sibi eēt sociata cōiu
gio. reputās ne forte interficerent eū ppter illius
pulcritudinē. Cūque ptransissent dies plurimi
et ibidem moraretur. pspiciens abimelech pale
stinorū rex p fenestram. uidit eum iocantem
cum rebecca uxore sua. et accersito eo ait. Pspi
cuū ē qd uxor tua sit. Cur mentitus es sororem
tuam eē. rx. Timui ne morerer ppter eam. Di
xitque abimelech. Quare imposuisti nob. Po
tuit coire quispiā de pplo cum uxore tua. et indu
xeras sup nos grande peccatū. Precepitque oī
pplo dicens. Qui tetigerit hoīs huius uxorem.
morte morietur. Seuit aūt ysaac in terra illa.
et inuenit in ipso anno centuplū. Bñdixitque ei
dñs. et locupletatus ē homo. et ibat pficiens at
que sucrescens. donec magnus uehementer effect
ē. Habuit quoque possessionē ouium et armento
rum. et familie plurimū. Ob hec inuidentes ei pa
lestini. oēs puteos quos foderant serui patris illius
abrahā illo tpr obstruxerunt iplentes humo.
Itm ut ipse abimelech diceret ad ysaac. Recede
a nob. qm potentior nri factus es ualde. Et ille
discedens ut ueniret ad torrentē gerare. hita
retque ibi. rursū fodit alios puteos quos foderāt
serui patris sui abraham. et quos illo mortuo oli
obstruxerāt philistijm. appellauitque eos eisdē
nominibus. qbus ante pater uocauerat. Foderūt
in torrente. et repperūt aquā uiuā. Sz et ibi iurgi
um fuit pastorū gerare aduersus pastores ysaac
dicentiū. nra ē aqua. Quā obrē nomē putei.
ex eo qd acciderat. uocauit calūpniā. Foderūt
et aliū. et p illo quoque rixati sūt. Appellauitque
eum inimicitias. Profectus inde. fodit alium
puteū. p quo n contenderūt. Itaque uocauit no
mē eius latitudo dicens. Nunc dilatauit nos
dñs. et fecit crescere sup terram. Ascendit aūt
ex illo loco in bersabee. ubi apparuit ei dñs in ipa
nocte dicens. Ego sum ds abraham patris tui.
Noli metuere quia tecum sū. et bñdicam tibi. et
multiplicabo semē tuum. ppter seruum meū abra
ham. Itaque edificauit ibi altare dño. et inuo ij

cato nomine dñi erendit tabernaculū. fecepit
q; fons suus ut foderent puteū. Ad quē locū
cū uenissent ꝺ gerare abimelech ꝛ ochozat a
micus illius ꝛ phicol dux militū. locutus ē ei
ysaac. ⁊ ꝺ uenistis ad me hoiem quē odistis.
⁊ expulistis a uob. ⁊ qđ uenistis. Uidimus te
cum ee dñm ꝛ ideo nūc diximus. Sit una
inter nos ⁊ tuos. ⁊ ineamus fedus. ut ñ facias
nob quicq; mali sicut ⁊ nos nichil tui q; attigi
mus. nec fecimus qđ te lederet. sed cū pace dimi
simus auctū benedictionē dñi. Fecit ergo eis cō
uiuiū. ⁊ post cibum ⁊ potū surgentes mane.
iurauerūt sibi mutuo. Dimisitq; eos ysaac pa
cifice in locū suū. Ecce aut uenerūt in ipō die ꝑ
ui ysaac. annūtiantes eis ꝺ puteo quē foderāt.
atq; dixerūt. Inuenimus aquā. Ipe uocauit eū
eum habundantia. ⁊ nomē urbi impositum ē bē
sabee usq; in psentē diē. Esau uō quadrage
narius duxit uxores. iudith filiā beeri etthei.
⁊ basemath filiam elon eiusdem loci. que ambe
offenderant animū ysaac ⁊ rebecce.

xlix

Emoꝛ aut ysaac. ⁊ caligauerūt oculi eius. ⁊ nō
dere ꝑ potuit. Vocauitq; esau filiū suū maioꝛē.
⁊ dixit ei. Fili mi. Qui ꝛ. Ad sum. Qui pater.
Uides inquit qđ senuerim. ⁊ ignoꝛē diem mo
tis mee. Sume arma tua pharetrā ⁊ arcum. ⁊
egredere foras. Cūq; uenatu aliqđ apphendens.
fac mihi inde pulmentum sicut uelle me nosti. ⁊ af
fer ut comedam. ⁊ benedicat ꝺ anima mea. añ q̄
moꝛiar. Qđ cū audisset rebecca. ille abiit. in a
grum ut ussionē patris expleret. dixit filio suo
iacob. Audiui patē tuū loquentē ad esau fra
trem tuū. ⁊ dicentē ei. Affer mihi ꝺ uenatione tua. ⁊ fac
cibos ut comedā. ⁊ benedicam ꝺ coram dño ante
quā moꝛiar. Nūc ergo fili mi adquiesce consili
is meis. ⁊ pgens ad gregem affer mihi duos e
dos optimos. ut faciam ex eis escas patri tuo q̄
ꝛ libenter uescitur. Quas cum intulens. ⁊ com
ederit. benedicat tibi pus quā moꝛiatur. Cui il
le ꝛ. Nosti qđ esau frat meus hō pilosus sit. ⁊
ego lenis. Si attrectauerit me pat meus. ⁊ sen
serit. timeo ne putet me sibi uoluisse illudere.
⁊ inducat sup me maledictionē ꝑ benedictione.
Ad quē mat. In me sit ista maledictio fi
li mi. Tantū audi uocē meā. ⁊ pgens affer que
dixi. Abiit. ⁊ attulit. deditq; matri. Parauit
illa cibos sicut nouerat uelle patrē illius. ⁊ uesti
tu esau ualde bonis. quas apud se habebat do
mi induit eū. Pelliculasq; hedorum circūde
dit manib; ⁊ colli nudi ꝑtexit. Dedit pulmēta.
⁊ panes quos coxerat tradidit. Cui ille intās. dñe

Jat mi. At ille ꝛ. Audito. Quis es tu fili
mi. Dixitq; iacob. Ego sum pmogenit⁹ tuus
esau. fec sicut preceptisti mihi. Surge. sede ⁊ com
ede ꝺ uenatione mea. ut benedicat mihi anima
tua. Pursus ysaac ad filiū suū. Quō inquit tā
cito inuenire potuisti fili mi. Cui ꝛ. Volun
tas dī fuit. ut cito mihi occurreret qđ uolebam.
Dixitq; ysaac. Accede huc ut tangā te fili
mi. ⁊ ꝑpem unū tu es filius meus esau an nō.
Accessit ille ad patrem. ⁊ palpato eo dixit ysaac.
Uox quidē uox iacob ē. sed manus manū sunt
esau. Et ñ cognouit eū. quia pilose manus
similitudinē maioris expressерant. Benedicē
ergo illi ait. Tu es filius mō esau. Ille. Ego sū.
At ille. offer inquit mihi cibos ꝺ uenatione tua fili
mi. ut benedicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos cō
medisset. obtulit ei etiā uinum. Quo hausto.
dixit ad eum. Accede ad me. ⁊ da mihi osculū fili
mi. Accessit. ⁊ osculatus ē eum. Statimq;
ut sensit uestimentoꝛ illius fragrantiā. benedixit
ait. Ecce odoꝛ filij mei. sicut odoꝛ agri pleni. cui
benedixit dñs. Det tibi ds de roꝛe celi. ⁊ de pinguedi
ne terre abundantiā. frumenti ⁊ uini. ⁊ seruiant tibi pp.
⁊ adorent te tribꝰ. Esto dñs frēm tuoꝝ. ⁊ inclinent
uent ad te filij matris tue. Qui maledixerit tibi
sit maledictus. ⁊ q benedixerit tibi benedictionib; re
pleatur. Vix ysaac finonē implesset. ⁊ egresso
iacob foras uenit esau. coctosq; ꝺ uenatione adue
nisse nuntiat patri. dicens. Surge pat mi. ⁊ comede
ꝺ uenatione filij tui. ut benedicat mihi anima tua.
Dixitq; illi ysaac. Quis enī es tu. Qui ꝛ. Ego
quia angelis suis mandauit de te et in ma
nibus tollent te ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus rur
sum. Scriptum est. Non temptabis dñm
deum tuum. Iterum assumpsit eum dyabolus in mon
tem excelsum valde et ostendit ei omnia regna
mundi et gloriam eorum et dixit illi. Hec omnia
tibi dabo si cadens adorauis me. Tunc dicit
ei ihesus. Vade. Vade satanas. Scriptum est
enim. Dominum deum tuum adorabis et illi soli ser
uies. Tunc reliquit eum dyabolus. Et ecce
angeli accesserunt et ministrabant ei. Cum au
disset aut ihesus quod johes traditus esset secessit
in galileam. Et relicta ciuitate nazareth
venit et habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulon et neptalim: ut
adimpleretur qd dictum est per ysaiam prophetam
et terra zabulon et terra neptalim: via ma
ris trans iordanem galilee gentium. Populus
qui sedebat in tenebris lucem vidit magnam. Et sedentibus in regione umbre mor
tis: lux orta est eis. Et inde cepit ihesus p
dicare et dicere. Pœnitemini agite appropinquauit
enim regnum celorum. Ambulans aut ihesus
mare galilee vidit duos fratres simonem
qui vocatur petrus et andream fratrem eius
mittentes rete in mare. Erant enim piscato
res. Et ait illis. Venite post me et fa
ciam vos fieri piscatores hominum. At illi
mox relictis retibus secuti sunt eum. Et
procedens inde vidit alios duos fratres ia
cobum zebedei et ioannem fratrem eius in na
ui cum zebedeo patre eorum reficientes retia
sua et vocauit eos. Illi aut statim relictis
retibus et patre secuti sunt eum. Et circuibat

potest

ihe coram galilea in ciuitatibus eorum
et predicans euangelium regni et sanans omnem
languorem omnem infirmitatem populo. Et
abiit opinio eius in totam syriam et obtulerunt
ei omnes male habentes variis languoribus et tor
mentis comprehensos et qui dimonia habebant
et lunaticos et paraliticos et curauit eos. Et se
cute sunt eum turbe multe de galilea et
decapoli et ierosolimis et de iudea et de trans iordanis

Videns autem turbas ascendit in montem. Et cum sedisset
accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens
os suum docebat eos dicens. Beati pauperes
spu qm ipsorum est regnum celorum. Beati mites
qm ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent
qm ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et si
tiunt iusticiam: qm ipsi saturabuntur. Beati
misericordes: qm ipsi misericordiam consequentur. Beati mun
do corde: qm ipsi deum uidebunt. Beati pacifici: qm filii dei uocabuntur. Beati qui perse
cutionem patiuntur propter iusticiam: qm ipsorum
est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint
uobis homines et persecuti uos fuerint et
dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Gaudete et exultate qm merces
uestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt
prophetas qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terre.
Quod si sal euanuerit in quo salietur. Ad nichi
lum ualet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi.
Non potest ciuitas abscondi supra montem po
sita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam
sub modio sed super candelabrum ut luceat om
nibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra
coram hominibus ut uideant uestra bona
opera et glorificent patrem uestrum qui in celis est.
Nolite putare quoniam uenerim soluere legem aut
prophetas. Non ueni soluere sed adimplere. Amen
quippe dico uobis donec transeat celum et
terra iota unum aut unus apex non preterbit a le
ge donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum
de mandatis istis minimis et docuerit sic ho
mines minimus uocabitur in regno celorum.
Qui autem fecerit et docuerit hic magnus uoca
bitur in regno celorum. Dico enim uobis quia nisi
habundauerit iustitia uestra plus quam scriba
rum et pharisei non intrabitis in regnum celorum.

Audistis quia dictum est antiquis. Non occides.
Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem
dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo
racha reus erit concilio. Qui autem dixerit
fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo of
fers munus tuum ad altare et ibi recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te.
relinque ibi munus tuum et uade prius reconciliari fratri tuo et tunc ueniens of
fer munus tuum. Esto consentiens aduersario
tuo cito dum es in uia cum eo. ne forte
tradat te iudex et iudex tradat te ministro et mittaris
in carcerem. Amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem. Audistis
quia dictum est antiquis non mechaberis. Ego
autem dico uobis quoniam omnis qui uiderit mu
lierem ad concupiscendum eam iam me
chatus est eam in corde suo. Quod si oculus
tuus dexter scandalizat te: erue eum
et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum quam totum corpus tuum
mittatur in gehennam. Et si dextera manus
tua scandalizat te: abscide eam et proice
abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehen
nam. Dictum est autem. Quicumque dimiserit uxo
rem suam det illi libellum repudii.
Ego autem dico uobis quoniam omnis qui dimiserit uxo
rem suam excepta fornicationis causa
facit eam mechari. Et qui dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est
antiquis. Non periurabis. Reddes autem domino
iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare
omnino: neque per celum quia thronus dei est. neque
per terram quia scabellum pedum eius est. neque per
ierosolimam quia ciuitas est magni regis.
Neque per caput tuum iurabis quia non potes unum
capillum album facere aut nigrum. Sit
autem sermo uester est est. non non. Quod autem hinc
plus est a malo est. Audistis
quia dictum est oculum pro oculo. et dentem pro dente.
Ego autem dico uobis non resistere malo. Sed si quis
percusserit te in dexteram maxillam tuam
prebe illi et alteram. Et qui uult tecum iudicio
contendere et tunicam tuam tollere. dimitte

ei et pallium. Et quicumque angariauerit te mil
le passus vade cum illo alia duo. Qui
petit a te da ei. Et uolenti mutuari a te
ne auertaris. Audistis quia dictum est. Diliges
proximum tuum et odio habebis inimicum tuum.
Ego autem dico uobis. Diligite inimicos vestros.
Benefacite his qui oderunt uos et orate pro per
sequentibus et calumpniantibus uos. ut sitis
filii patris vestri qui in celis est qui solem
suum facit oriri super bonos et malos et plu
it super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos
qui uos diligunt quam mercedem habebitis?
Nonne et publicani hoc faciunt? Et si sa
lutauerit fratres vestros tantum. quid amplius
facitis? Nonne et hetnici hoc faciunt?
Estote ergo uos perfecti sicut et pater vester celestis
perfectus est. Attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ut uideamini
ab eis. Alioquin mercedem non habebitis a
put patrem vestrum qui in celis est. Cum autem
facis eleemosinam noli tuba canere ante te
sicut ypocrite faciunt in synagogis et
in uitis ut honorificentur ab hominibus.
Amen dico uobis receperunt mercedem suam.
Te autem faciente elemosinam nesciat
sinistra tua quid faciat dextera tua. ut
sit elemosina tua in abscondito. Et pater
tuus qui uidet in abscondito reddet
Et cum ¶ vi
oratis non eritis sicut ypocrite qui a
mant in synagogis et in angulis plate
arum stantes orare ut uideantur ab ho
minibus. Amen dico uobis receperunt mercedem
suam. Tu autem cum oraueris intra in cubi
culum tuum et clauso ostio ora patrem tuum
in abscondito. Et pater tuus qui uidet in ab
sconso reddet tibi. Orantes autem nolite mul
tum loqui sicut ethnici. Putant enim
quod in multiloquio suo exaudiantur.
Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester
quid opus sit uobis antequam petatis eum.
Sic ergo uos orabitis pater noster. super substantialem etc.
Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum
dimittet et uobis pater vester celestis delicta vestra.
Si autem non dimiseritis hominibus nec pater
vester dimittet peccata vestra. Cum autem ieiu
natis nolite fieri sicut ypocrite tristes.
Exterminant enim facies suas ut pareant
hominibus ieiunantes. Amen dico uobis.

quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum
ieiunas unge caput tuum et faciem tu
am laua ne uidearis hominibus ieiu
nans sed patri tuo qui est in abscondito.
Et pater tuus qui uidet in abscondito
reddet tibi. Nolite thaurizare uobis thauros
in terra ubi erugo et tinea demolitur et
ubi fures effodiunt et furantur. Thauri
zate autem uobis thauros in celo ubi neque
erugo neque tinea demolitur et ubi fu
res non effodiunt nec furantur. Ubi
enim est thaurus tuus: ibi est et cor tuum.
Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit
oculus tuus simplex totum corpus tu
um lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam
fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit.
Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt
ipse tenebre quante erunt. Nemo potest du
obus dominis seruire. Aut enim unum odio habe
bit et alterum diliget. Aut unum sustinebit
et alterum contempnet. Non potestis deo ser
uire et mammone. Ideo dico uobis ne sol
liciti sitis anime vestre quid manducetis
neque corpori vestro quid induamini.
Nonne anima plus est quam esca et corpus
plus quam vestimentum? Respicite vo
latilia celi quoniam non seruunt neque metunt
neque congregant in orrea et pater vester celestis
pascit illa. Nonne uos magis pluris
estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest
addicere ad staturam cubitum unum.
Et de uestimento quid solliciti estis?
Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non
laborant neque nent. Dico autem uobis quoniam
nec Salomon in omni gloria sua cooptus
est sicut unum ex istis. Si autem fenum a
gri quod hodie est et cras in dibanum mit
titur deus sic uestit quantomagis uos
minime fideli. Nolite ergo solliciti esse
dicentes quid manducabimus aut
quid bibemus. aut quo operiemur.
Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit
enim pater vester quia his omnibus indigetis.
Querite ergo primum regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia adicientur uobis. Nolite
ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus
enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit
diei malicia sua. ¶ vii.
Nolite iudicare ut non iudicemini

In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabi
et in qua mensura mensi fueritis remetietur
vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris
tui et trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo
dicis fratri tuo frater sine eiciam festucam de
oculo tuo et ecce trabes est in oculo tuo? Ypocrita
eice primum de oculo tuo et tunc videbis
eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite
sanctum dare canibus neque mittatis margaritas
vestras ante porcos ne forte conculcent
eas pedibus suis et conuersi dirumpant vos.
Petite et dabitur vobis. Querite et inuenietis
pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui pe
tit accipit et qui querit inuenit et pulsanti
aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem
si petierit filius suus panem numquid lapi
dem porriget illi? Aut si petierit ouum
numquid porriget illi scorpionem? Aut si
piscem petierit numquid serpentem porri
get ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis
bona data dare filiis vestris quanto magis pater
vester qui in celis est dabit bona petentibus se.
Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis. Hec est enim
lex et prophete. Intrate per angustam portam
quia lata porta est et spaciosa via que ducit
ad perditionem et multi sunt qui intrant per
eam. Quam angusta porta et arta via que
ducit ad vitam et pauci sunt qui inueniunt
eam. Attendite a falsis prophetis qui veni
unt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cog
noscetis eos. Numquid colligunt de spinis
vuas aut de tribulis ficus? Sic omnis ar
bor bona fructus bonos facit. Mala autem
arbor fructus malos facit. Non potest
arbor bona fructus malos facere neque ar
bor mala fructus bonos facere. Omnis ar
bor que non facit fructum bonum excidetur
et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum
cognoscetis eos. Non omnis qui dicit
mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed
qui facit voluntatem patris mei qui in ce
lis est ipse intrabit in regnum celorum.
Multi dicent mihi in illa die domine domine sine
in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo de
monia eiecimus et in nomine tuo virtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis
quia numquam noui vos. Discedite a me
omnes qui operamini iniquitatem. Omnis
ergo qui audit verba mea hec et facit ea. As
similabitur viro sapienti qui edificauit
domum suam super petram. Et descendit
pluuia et venerunt flumina et flauerunt ven
ti et irruerunt in domum illam et non cecidit
fundata enim erat super firmam petram.
Et omnis qui audit verba mea hec et non
facit ea: similis erit viro stulto qui edi
ficauit domum suam super arenam. Et des
cendit pluuia et venerunt flumina et fla
uerunt venti et irruerunt in domum illam
et cecidit. Et fuit ruina illius magna.
Et factum est cum consummasset ihesus verba hec
admirabantur turbe super doctrina eius.
Erat enim docens eos sicut potestatem
habens et non sicut scribe eorum et pharisei.

Cum autem descendisset ihesus viii.
de monte secute sunt eum tur
be multe. Et ecce lepsus veniens
adorabat eum dicens domine si vis potes
me mundare. Et extendens manum
tetigit eum dicens volo mundare. Et con
festim mundata est lepra eius. Et ait il
li ihesus vide nemini dixeris sed vade os
tende te sacerdoti et offer munus quod pre
cepit moyses in testimonium illis. Cum autem
introisset capharnaum accessit ad e
um centurio rogans eum et dicens
Domine puer meus iacet in domo
paraliticus et male torquetur. Et ait illi
ihesus Ego veniam et curabo eum. Et
respondens centurio ait domine non sum dig
nus ut intres sub tectum meum sed
tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam
et ego homo sum sub potestate constitutus ha
bens sub me milites. Et dico huic
vade et vadit et alio veni et venit. Et seruo
meo fac hoc et facit. Audiens autem
ihesus miratus est et sequentibus se dixit. Amen
dico vobis non inueni tantam fidem in
israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente
et occidente venient et recumbent cum
abraham et ysaac et iacob in regno ce
lorum. Filii autem regni eicientur in tenebras
exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium.
Et dixit ihesus centurioni vade
et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est
puer in illa hora. Et cum venisset ihesus

mdomum pet̃ uulit socrum ei ia cãte et
febricitante. Et tetigit manum ei et di-
misit eam feb̃. Et surrexit ministrabat
illi. Vespe aũt facto obtulerunt ei multos
demoniã hñtes et eiciebãt spũs imũdos
ũbo nes male hñtes curauit ut ad
impleret qd dm est p esaiam pphã
dicentem. Ipe infirmitates nr̃as accepit
et egrotationes portauit. Videns aũt ihc turbã
circa se iussit ire trãsfretã. Et acce-
dens unus scriba ait illi. Magr sequar te quocũq;
ieris. Et dicit ei ihc. Vulpes foueas hñt et
volucres celi tabnacula filius aũt hois
nõ hz ubi caput reclinet. Alius aũt de discipl'
eius ait illi. Dne pmitte me pmo ire
et sepelire pr̃em meum. Ihc aũt ait illi. Se-
quere me et dimitte mortuos sepelire mor-
tuos suos. Et ascendente eo in nauiculam
secuti sunt eum discipuli ei. Et ecce mo-
tus magnus factus est in mari ita ut nauicula
operiret̃ fluctib̃. Ipe aũt dormiebat. Et
accesserunt ei discipuli eius et dixerũt. Dne
saluos nos. Perimus. Et dicit eis ihc. Quid
timidi estis modicе fidei. Tunc surgens
imperauit uentis et mari et facta est tranquil-
litas magna. Porro homines mirati sũt dicẽtes
Qualis est hic. Quia uenti et mare obediũt
ei. Et cum uenisset trãsfretauit in regio-
nem gerasenorum occurrerunt ei duo hñtes de-
monia de monimentis exeuntes sẽ-
mĩmis: ita ut nemo posset trãsire per uiã
illa. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nob
et tibi ihu fili dei. Venisti huc ante tpe cruciare nos.
Erat aũt procul ab illis grex porcorum multorũ
pascens. Demones aũt rogabãt eum di-
centes. Si eicis nos mitte nos in gregem
porcorum. Et ait illis ihc. Ite. At illi exeuntes
abierunt in porcos. Et ecce impetu abi-
it grex totus p̃ceps in mare et mortui
sunt in aquis. Pastores aũt fugerũt. Et
uenientes in ciuitatem nũciauerunt omnia et
de his qui dem hñuerant. Et ecce tota
ciuitas exiit obuiam ihu et uiso eo roga-
bant ut trãsiret a finib̃ eorũ.

Et ascendens ihc in naviculã trãsfretauit
et uenit in ciuitatem suam. Et ecce of-
ferebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et
uidens ihc fidem illorũ dixit paralytico. Con-
fide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce q̃-
dam de scribis dixerunt intra se. Hic blas-
phemat. Et cum uidisset ihc cogitationes eo-
rum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordi-
bus uris. Quid est facilius dicere dimittun-
tur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Ut
autem sciatis aũt quia filius hominis hz po-
testatem in terra dimittendi peccata tunc ait
paralytico. Surge tolle lectum tuum et ambula in
domum tuam. Et surrexit et abiit in domum
suam. Videntes aũt turbe timuerunt et
glorificauerunt deum qui dedit potestatem
talem hominib̃. Et cum inde transiret ihc
uidit hominem sedentem in theloneo ma-
theum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens
secutus est eum. Et factum est discumbente
eo in domo: ecce multi publicani et pec-
catores uenientes discumbebãt cum
ihu et discipulis eius. Et uidentes pharisei
dicebãt discipulis eius. Quare cum pu-
blicanis et peccatoribus manducat magr̃ ue-
ster. Ihc audiens ait. Non est opus ua-
lentib̃ medicus: sed male hñtib̃. Eun-
tes aũt discite quid est misericordiam volo et nõ
sacrificium. Non enim ueni uocare iustos
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum disci-
puli iohis dicentes. Quare nos et pharisei
ieiunamus frequẽter discipuli aũt tui nõ
ieiunant. Et ait illis ihc. Numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus
Venient aũt dies cum auferet̃ ab eis sp̃o-
sus et tunc ieiunabunt. Nemo aũt mittit
commissuram panni rudis in uestimẽto
uetere. Tollit enim plenitudinem eius uestimẽto et peior scissura fit. Neq;
mittũt uinum nouum in utres ueteres alioquin rumpuntur utres et uinum effun-
ditur et utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt et ambo conseruantur. Hec
illo loquente ecce princeps unus
accessit et adorabat eum dicens. Quia filia mea
modo defuncta est sed ueni impone manum
super eam et uiuet. Et surgens ihc sequebat
eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sex
annis fluxum patiebatur sanguinis
accessit retro et tetigit fimbriam uestimẽ-
ti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero
tm uestimẽtum eius salua ero. At ihc conuer-
sus et uidens eam dixit. Confide filia
fides tua te saluam fecit. Et salua

fra ē mlr ei illa hora. Et cū venisset ihc̄ in
mū ꝓphe rr̄ duxit q̄ bianes r turba
tumultuante dicebat. Recedite. Nō est
n. mortua puella ꝫ dormit. Et deride
bat eū. Et cū ejecta ēet turba fūit et
cepit manū ei r surrexit puella. Et exiit
fama hī omē illā ūā illā. Et cōtigit ne mo
scauit fr̄ eū duo ceci clamātes r dicēt
Miserē nr̄ fili dd. Cū aūt venisset domū ac
cesserūt ad ei ceci. Et dicit eis ihc̄
Creditis q̄ possū hoc facere vob. Ait ei
q̄ntr dñe. Tūc tetigit oculos eor d. s. dīm
fidē vr̄am fiat vob. Et aperti sūt oculi eor.
Et comminat̄ ē eis ihc̄ d. Videte ne q̄s sciat. Il
li aūt egressi diffamauerūt ei totā illā illa
Egressis aūt illis ecce obtulerūt ei hoiem mut
r dēmonū hñē. Et ejecto dēmonio locut
ē mut. r mirate sūt turbe dīntes. Nūq̄m
apparuit sic in Isr̄l. Pharisei aūt dicebāt. In
pncipe dēmoniorū ejicit dēmonia. Et cir
bat ihc̄ ciuitates omes r castella docēs
in synagogis eor. r pdicans euāg reg.
r sanans omē langorē r omē infirmi
tatē. Videns aūt turbas misert est eis q̄ essent
vexati r iacētes sicut oues nō hītes
pastorē. Tūc dicit discipulis suis. Mes
sis quidem multa. operarii aūt pauci. Ro
gate ḡ dñm messis ut mittat operarios in messem suā.

Capitulum.

Cōmocatis aūt xii discipul̄ suis dedit
eis potestatē spūm immūdorū ut
eicerent eos. et curarent omē langorē r
omē infirmitatē. Nomina aūt apl̄oꝝ nōi
aīe sūt hec. Primus symon qui dr̄ petr̄. r andre
as frr̄ ei. Jacob zebedei r Johes frr̄ ei. Philippus r Bartho. Thomas r matheus pub
licanus. Jacobus alphei r thaddeus. Sy
mon cananeus. r Judas scarioth qui et tradi
dit eum. Hos xii misit ihc̄ precipiēs
eis r dicēs. In viam gentiū ne abieritis
r in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis
Sed potius ite ad oues que perierūt domꝰ
isral. Euntes aūt pdicate q̄ appropiquauit
regnū celoꝝ. Infirmos curate. mortuos
suscitate. leprosos mundate. dēmones
eiicite. Gratis accepistis gratis date. Nolite
possidere aurū nr̄ argentū nr̄ pecuniam in zonis vr̄is. Non peram in via
nr̄ duas tunicas. nr̄ calciamenta nr̄ vir
ga. Dignus ē n. operarius cibo suo. In quā
cūq; aūt ciuitatē aut castellū intraueritis
interrogate quis in ea dignus sit. ibi
manere donec exeatis. Intrantes aūt
in domū salutate eam dicentes. Pax hu
ic domui. Et si quidē fuerit domus dig
na veniat pax vra sup ea. Si aūt nō fuerit
digna pax vra ad nos reuertatur. Et quī
cūq; non receperit vos nr̄ audierit sermo
nes nros egredientes foras d domo vl d
ciuitate illa excutite pulueꝛem de pedib
vris in testimoniū eoꝝ. Amen dico vob. To
lerabilius erit terre sodomoꝝ r gomor
reoꝝ in die iudicii qm illi ciuitati.
Ecce ego mitto vos sicut oues in me
dio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpē
tes r simplices sicut columbe. Cauē
te aūt ab hoīb. Tradent enim vos in consi
lijs r in synagogis suis flagellabunt vos r ad
reges r presides ducemini propter me in testi
monium illis r gentib. Cū aūt tradent vos no
lite cogitare quomodo aut quid loquamini
Dabit enim vob in illa hora quid loquamini. Non
enim vos estis qui loquimini sed
spūs patris vr̄i qui loquit in vob. Tradet aūt frr̄ fratrē in mor
tē r pr̄ filius. Et insurgent filii in pa
rentes r morte eos afficient. Et eritis o
diō oīb hoīb propter nomen meum. Qui aūt p
severauerit usq; in finē hic saluus erit.
Cū aūt persequentur vos in ciuitate ista fu
gite in aliā. Amen dico vob nō consummabitis
ciuitates Isr̄l donec veniat filius hoīs vobis ac
Non est discipul̄ sup magistrum nec seruus sup
dominū suū. Sufficit discipulo ut sit sic
magr̄ ei. r seruus sicut dñs ei. Si patremfami
lias beelzebub vocauerunt quanto magis domes
ticos ei. Ne ergo timueritis eos. Nichil
enim opertū est qd nō revelabit̄ r occultū
qd nō sciatur. Quod dico vob in tenebris
dicite in lucē. Et quod in aure auditis
predicate sup tecta. Et nolite timere eos
qui occidunt corp aīam aūt nō possunt
occidere. Timete aūt magis eum qui po
test aīam r corpus perdere in gehennā. Nōne
duo passeres asse veneunt r unus
ex illis non cadit sine patre vestro.
Vestri aūt capitis capilli omnes numerati
sūt. Nolite ergo timere. multis passeribus
melioris estis vos. Omnis ergo qui confite-

me coram hoib; & ficebo: rego ei coā pre
mo qui ē in cel: Q at negauit me coram
hoib; negabo & ego ei coram pre mo q ē
in cel: Nolite arbitrari qđ uenim pa
cē mittere in tra. Non uenī pacē mit
tere sed gladiū. Uenī ē separe hoiem ad
uersus patrē suū & filiam aduersus matrem
suā. & nurū aduersus socrū suā. & inimici
hois domestici ei. Qui amat patrē aut
matrem plus q̄m me nō est me dignus.
Et qui amat filiū aut filiā sup me. nō
ē me dignus. Et qui nō accepit crucem
suam & sequit me nō est me dignus. Qui inue
nerit animā suam pdet illam. Et qui pdidit
animā suam p me. inueniet eam. Qui
recipit uos me recipit. Et qui me rece
pit recipit eū qui me misit. Qui recip
phām in nomīe phe mercedem phe acci
piet. Et qui recipit iustū in nomīe iusti
mercedē iusti accipiet. Et quicq; potū de
dit vnum ex minimis istis calicē aque frī
de tm in nomīe discipuli amen dico uob non
pdet mercedem suam. ¶ xi.

Et factū est cū cōsummasset ihc iuba he
papiens xii. discipulis suis tm̄ut
inde ut docēt & predicēt in ciuitatib;
eor. Johnes aūt audiuit in uinculis
opa x. mittēs duos de discipulis suis ait
illi. Tu es qui uenturus es an alīm exp̄tam.
Et respons ihc ait illi. Euntes renūciate Io
hi q audistis & uidistis. Ceci uident claudi
ambulant. leprosi mundant. surdi au
diunt. mortui resurgūt. pauperes euāgli
zant. Et beatus ē qui nō fuerit scandalizat in
me. Illis autē abeuntib; cepit ihc dicere ad
turbas de Iohe. Quid existis in desertū uidere.
Harundinem uētio agitatam. Sed qđ exis
tis uidere. Hominem mollibus uestitū. Ecce
qui mollib; uestiunt in domib; regū sunt.
Sed qđ existis uidere. Prophām. Etiam
dico uob. Et plus q̄m prophām. Hic ē de
quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuā qui p̄parabit uiam tu
am ante te. Amen dico uob non surrexit inter na
tos mulier maior Iohe bapte. Qui aūt mi
nor est in regno celor maior ē illo.
A diebus aūt Iohīs bapte usq; nunc regnū
celor uim patitur & uiolenti rapiūt illud.
Omnes enī prophete & lex usq; Iohānē

fm

pphauerūt. Et si uultis recipere ipse est helias qui
uēturus ē. Qui habet aures audiendi audi
at. Cui aūt similem estimabo gnōm istam.
Similis ē pueris sedentib; in foro q̄
clamantes coeūtib; dicūt. Cecinimus
uob & non saltastis. Lamentauimus uob et
non planxistis. Venit enī Iohes nec manducans
nec bibens & dicūt. Demoniū habet.
Venit filius hois manducans & bibēs
& dicūt. Ecce ho uorax & potator. Ami
cus publicanor & pcatorū. Et iustifi
cata est sapia a filiis suis. Tunc cepit
exprobare ciuitatib; in q̄b factę sunt plurime
uirtutes eius. q̄ nō egissent pniam. Ue
tibi corozaim. ue tibi bethsaida. Quia
si in tyro & sidone facte fuissent uirtutes
que facte sunt in uob. olim in cilicio
& cinere pniam egissent. Uerumtamen dico uob
tyro & sydoni remissius erit in die iu
dicii q̄m uob. Et tu capharnaum nūq
id usq; in celum exaltaberis. usq; in in
ferni descendes. Quia si in sodomis facte
fuissent uirtutes que facte sunt in te. forte
mansissent in hūc diem. Uerumtamen
dico uob q̄ terre sodomor remissius erit
die iudicii q̄m tibi. In illo tpe respōs ihc
dixit. Confiteor tibi pr celi & terre q̄
abscondisti hec a sapientib; & prudē
tib; & reuelasti ea paruulis. Etia pr. q̄m sic
fuit placitū ante te. Omia mihi tradita sunt a
patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pr.
neq; patrem quis nouit nisi filius & cui uolu
erit filius reuelare. Uenite ad me oēs
qui laboratis & onerati estis & ego reficiā
uos. Tollite iugum meum super uos. & di
scite a me q̄ mitis sum & humil corde. & inuenietis requiem aīabus uris. Iu
gum enī meum suaue ē & onus meum leue ē.

In illo tempore abiit ihc ¶ xii.
sabbatis p sata. discipuli aūt ei esurientes
cepere uellere spicas & manducare
q̄dam. Pharisei aūt uidentes dixerūt ei. Ecce
discipuli tui faciūt qđ nō licet facere sabba
tis. At ille dixit eis. Nō legistis quid
fecit dauid q̄n esuriit ipse & qui cū eo erat
quo modo intrauit in domū dei & panes propo
sitionis comedit q̄s nō licebat ei edere nec ipsis
qui erant cum eo sed solis sacerdotib;. Aut nō
legistis in lege q̄ sabbatis sacerdotes in

ēplo sabbm̄ nolant⁊ sine ā̄ie sic.
Dico aūb q̄ cūplo maior ē hic. Si
aūt sciret⁹ quid ē mīam uolo⁊ nō sac
rificiū nūq̄m⁹ dempsissetis īnocētes. Dñs
ē ē filius hōis ē sabbi. Et cū inde ēt
sisset uenit in synagogam eor. Et ecce
hō manū hītis aridā. Et interrogauit
eū dicētes. si licet sabbis curare ut ac
cusarent eū. Ipe aūt dixit eis. Q̄s erit
ex uob hō qui hītat ouē unā⁊ si ceciderit
hec sabbis in foueā. nōne tenebit
⁊ leuabit eam. Q̄ūto igit melior ē
hō oue. Itaq; licet sabbis bñ facere
tūc aūt hōi. Extende manū tuā. Et
q̄ extēdit⁊ restituta ē sanitati sic al
ia. Et exeūtes aūt pharisei cōsiliū fecer
būt adūsus eū quō eū pderent. Ihc aūt
sciens recessit inde. Et secuta sūt eum
multi⁹⁹ curauit eos oēs. Et p̄cepit eis
ne māifestū eū facerent. ut adimplet⁹
q̄d dictū ē p ysaiam pphām dicētē. Ec
ce puer meus quē elegi dilect⁹ meus in
quo bñ cōplacuit aīa mea. ponā spīm me
um sup eum⁹ iudiciū gētib⁹ nūciabit
⁊ non contendet nec clamabit nec audiet
aliq̄s in plateis uocē ei⁹. Arundinē
quassatā nō cōfringet⁹ linū fumigāt⁹
nō extinguet donec eiciat ad uictoriā
iudiciū⁹ in nōie ei⁹ gētes sperabūt. Tunc
oblat⁹ est ei dimonīū habēs. cec⁹ mut⁹
curauit eū ita ut loqueret⁹ ⁊ uideret. Et
stupebāt oēs turbe⁹ ⁊ dicebāt. Nūq̄d
hic ē filius dauid. Pharisei aūt audientes
dixerūt. Hic nō eicit dimonēs nisi in beel
zebub pncipe dimoniorū. Ihc aūt sciens
cogitōnes eor⁹ dixit eis. Oē regnū diui
sum cōtra se desolabit⁹. Et oīs ciuitas
⁊ domus diuisa contra se nō stabit. Et si sathā
nas sathanam eiicit adūsus se diuisus
est. quō ergo stabit regnū ei⁹. Et si ego in
beelzebub eicio dimones. filii uri⁹ in quo
eiciūt. Ideo ipi iudices uri erūt. Si aūt
ego in spū dei eicio dimones ergo puenit
in uos regnū dei. Aut quō potest quisq̄m in
intrare in domū fortis⁹ ⁊ uasa ei⁹ diripere nisi
prius alligauerit fortē. Et tūc domū illi⁹
diripiet. Qui nō ē mecū contra me est. ⁊
qui nō cōgregat mecū spargit. Ideo dico uob
oē pcm⁹ ⁊ blasphemia remittet hōib⁹
spūs aūt blasphemia nō remittet. Et q̄ q̄q;
dixerit uerbum contra filiū hōis⁹ remittet ei.
Q̄ aūt dixerit contra spīm scm̄ nō remittet
ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Aut facite
arborē bonā⁊ fructū ei⁹ bonū. aut fa
cite arborē malā⁊ fructū ei⁹ malū.
Signo enim ex fructu arbor cognoscit. Proge
nies uiperaꝝ quō potestis bona loq̄ cū sitis
mali. Ex habundātia enim cordis os loq̄t.
Bonus hō de bono thesauro pfert bona.
⁊ malus hō de malo thesauro pfert mala.
Dico aūt uob quōm oē uerbū otiosum q̄ lo
cuti fuerint hōines⁹ reddent de eo rōnem
die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis
⁊ ex uerbis tuis condēnabis. Tunc
rūdentes ei quidā de scribis⁹ ⁊ phariseis
dicētes. Magr uolum⁹ a te signū uidere.
Q̄ rūdens ait illis. Gnō mala⁊ adultera
signū quirit⁹ signū⁹ nō dabit ei⁹ nisi signū
Ionē pphē. Sic enim fuit Ionas in uētre ce
ti tribus diebus⁹ tribus noctib⁹. sic erit filius hōis in
corde terre tribus diebus⁹ tribus noctib⁹. Uiri ni
nuite surgent in iudicio cū generatione ista⁊ cō
dempnabūt eā q̄ pniam egerūt in p̄dicōne
Ionē. Et ecce plus quā Ionas hic. Regi
na austri surget in iudicio cū generatione ista⁊
cōdempnabit eam q̄ uenit a finibus terre au
dire sapiam salomōis. Et ecce plus quā Sa
lomon hic. Cū aūt immundus spūs exierit ab hoc
ambulat per loca arida quietē requirens⁊
nō inuenit. Tūc dicit reuertar in domū meā
unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantē
scopis mundatam⁊ ornatā. Tunc uadit
⁊ assumit⁹ septē alios spūs nequiores se
⁊ intrantes habitant⁹. Et fiunt nouissima
hōis illi⁹ peiora priorib⁹. Sic erit⁊ gener
huic pessimo. Adhuc eo loquente ad tur
bas ecce mr ei⁹⁹ ⁊ fres stabāt foris quer
entes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mr
tua⁊ fres tui foris stant querentes te.
At ille respondens dicit⁹ aut. Q̄ est mr mea
⁊ qui sūt fres mei. Et extendens manū in
discipulos suos dixit. Ecce mr mea⁊ fres
mei. Quicūq; enim fecerit uoluntatē patris mei qui
in celis est ipe meus frr soror⁊ mr est.

Cap. XIII.

In illo die exiens ihc de domo sedebat
secus mare. Et congregate sūt ad eū turbe mul
te ita ut nauiculam ascendens sederet. Et
oīs turba stabat in litore. Et locut⁹ est eis

multa in parabolis d. Ecce exiit qui seminat se
minare. Et dum seminat quedam ceciderunt secus
viam. et venerunt volucres et comederunt ea.
Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebant ter
ram multam. Et continuo exorta sunt quia non
habebant altitudinem terre. Sole autem orto estu
averunt et quia non habebant radicem aruerunt.
Alia autem ceciderunt in spinas et creverunt
spine et suffocaverunt ea. Alia autem ceciderunt in
terram bonam et dabant fructum. Aliud centesi
mum ad hec. ad tricesimum. Qui habet aures
audiendi audiat. Et accedentes discipuli
dixerunt ei. Quare in parabolis loquis eis.
Qui respondens ait illis. Quia vobis datum est nos
se misteria regni celorum illis autem non est datum.
Qui enim habet dabitur ei et habundabit. qui autem non
habet et quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis
loquor eis quia videntes non videt et audien
tes non audiunt neque intelligunt ut adimple
atur in eis prophetia esaie dicentis. Auditu
audietis et non intelligetis et videntes vi
debitis et non videbitis. Incrassatum est enim
cor populi huius et auribus graviter audierunt et o
culos suos clausit ne quando videant oculis
et auribus audiant et corde intelligant et con
vertantur et sanem eos. Vestri autem beati oculi quia
videt et aures vestre quia audiunt. Amen
quippe dico vobis quia multi iusti et prophete cu
pierunt videre que videtis et non viderunt et au
dire que auditis et non audierunt. Vos ergo
audite parabolam seminantis. Cuius qui
audit verbum regni et non intelligit. venit
malus et rapit quod seminatum est in corde eius.
Hic est qui secus viam seminatus est. Qui
autem super petrosa seminatus est hic est qui verbum
audit et continuo cum gaudio accipit id
Non habet autem in se radicem sed est temporalis. Facta
autem tribulatione et persecutione propter verbum conti
nuo scandalizatur. Qui autem seminatus est
in spinis hic est qui verbum audit et solli
citudo seculi huius et fallacia divitiarum suf
focat verbum et sine fructu efficitur. Qui vero
in terra bona seminatus est hic est qui audit
verbum et intelligit et fructum affert. Et fa
cit ad quidem centesimum. ad autem hec. ad
vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit
eis d. Simile factum est regnum c. homini
qui seminavit bonum semen in agro suo
Cum autem dormirent homines venit inimicus eius

et super seminavit zizania in medio tritici et
abiit. Cum autem crevisset herba et fructum fecis
set tunc apparuerunt et zizania. Accedentes
autem servi patrisfamilias dixerunt ei
Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo.
Unde ergo habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo
hoc fecit. Servi autem dixerunt ei. Vis imus et
colligimus ea. Et ait. Non. Ne forte colli
gentes zizania eradicetis simul cum eis et
triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus. Col
ligite primum zizania et alligate ea fas
ciculos ad comburendum. Triticum autem congre
gate in orreum meum. Aliam parabolam pro
posuit d. Simile est regnum c. grano syna
pis quod accipiens homo seminavit in agro
suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus.
Cum autem creverit maius est omnibus oleribus. Et fit
arbor ita ut volucres celi veniant et habi
tent in ramis eius. Aliam parabolam locutus
est eis. Simile est reg. c. fermento quod accep
tum mulier abscondit in farine satis tribus
donec fermentatum est totum. Hec omnia locu
tus est ihesus in parabolis ad turbas et sine
parabolis non loquebatur eis ut impleretur quod
dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in pa
rabolis os meum eructuabo abscondita
a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis
venit in domum. Et accesserunt ad eum
discipuli eius d. Edisse nobis parabolam zizania
morum agri. Qui respondens ait. Qui se
minat bonum semen est filius hominis. Ager autem est
mundus. Bonum vero semen hii sunt filii regni
zizania autem filii sunt nequam. Inimicus
autem qui seminavit ea est dyabolus. Messis vero
consummatio seculi. Messores autem angeli sunt.
Sicut ergo colliguntur zizania et igni com
buruntur sic erit in consummatione seculi.
Mittet filius hominis angelos suos et colliget
de regno eius omnia scandala et eos qui fa
ciunt iniquitatem et mittent eos in cami
num ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiendi audiat. Simile est
regnum c. thesauro abscondito in agro
quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio
illius et vadit universa que habet et emit a
grum illum. Item simile est regnum c. homini
negotiatori querenti bonas margaritas

Inuenta ãt vna pciosã margaritã abi
uit vendidit oĩa q̃ habuit & emit e
am. Iterũ simile est regnũ celoꝝ sagene missi
in mare & ex omi genẽ pisciũ cogregã
ti. Quã cũ impleta ẽt ascendẽtes
& sedẽtes elegerũt bonos in va
sa sua. malos ãt foras miserũt. Sic erit
in cõsumatione seculi. Exibũt angi & sepa
rabũt malos de medio iustoꝝ & mit
tẽt eos in caminũ ignis. Ibi erit
fletꝰ & stridor dentiũ. Intellexistis hec
omia. Dicũt ei. Etiam. Ait illis. Ideo oĩs
scriba doctꝰ in regno celoꝝ simil̃ est
hoĩ patrifamilias qui profert de thesauro
suo noua & vetera. Et factũ est cum co
mplesset ihc parabolas istas transiit inde
& veniens in patriam suam docebat
eos in synagogis eoꝝ ita vt mirarẽ
tur & dicerent. Vnde huic sapia & vir
tutes. Nonne hic ẽ fabri filius. Nonne mr̃ eius dicit maria & fratres eius Iacob & Ioseph & Symon & Iudas. Et sorores
eius nonne omes apud nos sũt. Vnde huic
oĩa ista. Et scandalizabãt in eo. Ihc ãt
dixit eis. Non ẽt prpha sine honore nisi in patria
sua & in domo sua. Et non fecit ibi virtu
tes multas pp incredulitatẽ illoꝝ

In illo tpr audiuit ¶ .xiiij.
Herodes tetrarcha famã ihu & ait pueris
suis. Hic ẽt Iohes bapt. Ipse surrexit a
mortuis & ideo virtutes operant in eo. Herodes ẽ tenuit Iohem & alligauit eum
& posuit eũ in carcere propter Herodiade vxorem
philippi fratris sui. Dicebat ẽ illi Iohes
Non licet tibi habere eam. Et cupiens illũ oc
cidere timuit populũ quia sicut prpham eum habebant. Die ãt natalib̃ Herodis saltauit fi
lia Herodiadis in medio & placuit
Herodi. Vñ cũ iuramẽto pollicitus est ei da
re quodcũq; postulasset ab eo. Ipsa ãt
mõnita a matre sua. Da mihi hic & in
disco capud Iohannis baptiste. Et contristatus est
rex. pp iuramentũ ãt & eos qui pariter recũ
bebant iussit dari. & misit & decollauit
Iohem in carcere. & allatum est capud
eius in disco & datum est puelle & tulit
matri sue. Et accesserunt discipuli eius & tu
lerunt corpus & sepelierunt id. Et venientes
nũciauerunt ihu. Quo cũ audisset ihc secessit

inmanuclã

sit inde in desertum locum seorsum. Et cum
audissent turbe secuta sunt eum pedestres de
ciuitatibus. Et exiens vidit turbam mul
tam & misertus est eis & curauit languidos eoꝝ
Vespere ãt facto accesserunt ad eum discipuli
eius dicentes. Desertus est locus & hora iam
præterijt dimitte turbas vt eũntes in cas
tella emant sibi escas. Ihc ãt dixit eis
Non habent necesse venire. date illis vos manducare. Et dicunt ei. Non habemus hic
nisi quinq; panes & duos pisces. Qui ait eis
Afferte illos mihi huc. Et cũ iussisset turbas
discumbere & accepisset quinq; panes & duos pisces aspiciens in celũ
benedixit & fregit & dedit discipulis panes
discipuli ãt turbis. Et manducauerunt oĩes
& saturati sunt. Et tulerunt reliquias xii.
cophinos fragmentoꝝ plenos. Manducantium ãt fuit numerus v. milia virorum
exceptis mulieribus & paruulis. Et statim uis
it discipulos ascendere in nauiculam &
precedere eum cis fretum donec dimitteret turbas. Et dimissis turbis ascendit in
montem solus orare. vespere ãt facto solus erat
ibi. Nauicula ãt in medio mari iactabatur
fluctibus. erat ẽt ventus vnus. Quarta ãt vi
gilia noctis venit ad eos ambulans su
per mare. Et videntes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes quia phantasma
est. Et præ timore clamauerunt. Statimq;
ihc locutus est eis dicens. Habete fiducia
am. Ego sum. Nolite timere. Respondens
ãt petrus dixit. Domine si tu es iube me
venire ad te super aquas. Ait illi ipse. Veni. Et
descendens petrus de naui ambulabat
super aquam. vt veniret ad ihm. Videns ãt
ventum validum timuit. Et cũ cepisset mergi clamauit dicens. Domine saluum me fac.
Et protinus ihc extendens manum apprehendit
eum & ait illi. Modice fidei quare dubitasti.
Et ascendentibus eis in naui cessauit
ventus. Qui ãt in naui erant venerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Et cũ trans
issent venerunt in terram genesar. Et cum
cognouissent eum viri loci illius miserunt in
vniuersam regionem illam & obtulerunt ei oĩes ma
le habentes. Et rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicũq;
tetigerunt salui facti sunt.

= inmanuclã

Tunc accesserunt ad eū scribe & phisei dicētes. Quare discipuli tui tradūt traditionē seniorū? non enim lauant manus suas cū panē manducant? Ipse aūt respōdens ait illis. Quare & uos transgredimini mandatū dei p̄pter traditionē uestrā? Deus enim dixit. Honora patrē & matrem. & qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Vos aūt dicitis. Quicūq; dixerit patri uel matri. munus quodcūq; ex me tibi fuerit. & non honorificabit patrem suū aut matrem suā. irritū fecistis mandatū dei p̄pter traditionē uestrā. Hypocrite bene prophetauit de uobis esaias dicens. Appropinquat mihi populus hic labiis me honorat. cor aūt eorum longe est a me. Sine causa aūt colunt me docentes doctrinas & mandata hominū. Et conuocatis ad se turbis dixit eis. Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominē. sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos. ceci sunt duces cecorum. Cecus aūt si cecum ducatum p̄stet ambo in foueam cadent. Respondens aūt petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod intrat in os in uentrem uadit & in secessum emittitur? Quae aūt procedunt de ore de corde exeunt. & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę. homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. Hec sunt quę coinquinant hominem. Non lotis aūt manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus inde ihesus secessit in partes tyri & sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse aūt respondens ait. Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israel. At illa ueniens adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihesus ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde ihesus uenit secus mare galilee. Et ascendens montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos. claudos. debiles & alios multos & proiecerunt eos ad pedes eius. Et curauit eos ita ut turbe miraretur uidentes mutos loquentes. claudos ambulantes. cecos uidentes & magnificabant deum israel. Ihesus aūt conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe quia triduo iam perseuerant mecum & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo. ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli. Unde nobis in deserto tanta panum copia ut saturemus turbam tantam? Et ait illis ihesus. Quot panes habetis? At illi dixerunt. Septem & paucos pisciculos paucos. Et precepit turbe ut discumberent super terram. Et accipiens vii panes & pisces. gratias agens fregit et dedit discipulis suis. Et discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis sustulerunt. vii. sportas plenas. Erant aūt qui manducauerunt quattuor milia hominum exceptis paruulis & mulieribus. Et dimissa turba ascendit in nauiculam. & uenit in fines magedan. xvi

Et accesserunt ad eum pharisei & sadducei temptantes. rogauerunt eum ut signum de celo ostenderet eis. At ille respondens ait eis. Facto uespere dicitis. Serenum erit. rubicundum est enim celum. Et mane. Hodie tempestas. Rutilat enim triste celum. Faciem quidem celi dinoscitis. signa aūt temporum non potestis? Generatio mala & adultera signum quaerit. & signum non dabitur ei nisi signum ionę. Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes tollere. Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermento pharisęorum & sadducęorum. At illi cogitabant inter se dicentes quia panes non accepimus. Sciens aūt ihesus dixit. Quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes non habetis? Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum in quinque milia hominum & quot co

phinos sumpsistis. Nec q. ou. panū tuū
milia hoīm rapt sportas sustulistis. Qr
nō intelligitis q nō de pane dixi vob.
cauete a fermēto phisseoꝝ r saduceoꝝ.
Tūc intellexerūt q nō dixit cauendū a
fermēto panis sed a doctrina phisseoꝝ r sadu
ceoꝝ. Venit aūt ihc in partes cesaree phi
lippi: r interrogabat discipulos suos d.
Quē dicūt hoīes esse filiū hoīs? At illi
dixerūt. Alij iohēm baptistam. Alij aūt he
liam. Alij vo ieremiā. aut unū exphis
Dixit illis ihc. Vos aūt quē me esse dicitis?
Respōns symon petrus dixit. Tu es xp̄s filius di
uus. Et respōns ihc dixit. Beatus es symon
bariona. q caro r sanguis non revelauit
tibi sed pr meus qui est in cel. Ego aūt di
co tibi q tu es petrus r sup hanc petrā edifi
cabo ecclīam meā. Et portē inferi nō p
ualebūt adūsus eam. Et tibi dabo cla
ues regni celoꝝ. Et quodcūq; ligaueris su
per terram erit ligatū r in cel. Et quodcūq; sol
ueris sup terram erit solutū r in cel. Tunc p
cepit discipl' suus ne cui dicerent q
ipse esset ihc xp̄s. Exinde cepit ihc ostēde
discipl' suis q oporteret eum ire ierosolyma
r multa pati a senioribus r scribis r pn
cipibus sacerdotū r occidi r tertia die re
surgere. Et assumens eum petrus cepit inc
increpare illum d. Absit a te dne ñ erit tibi
hoc. Qui p̄ius dixit petro. Vade post me
sathana. scandalum es mihi q ñ sapis
ea que dei sunt sed q hoīm. Tūc dixit
ihc discipl' suis. Si quis uult post me
venire abneget semetipm r tollat crucē
suam r sequat me. Qui enim uoluerit aiam
suam saluam facere perdet eā. Qui aūt
perdiderit aiam suā pp me inueniet eā.
Quid enim prodest homini si mundū totum lucretur
aiē vo sue detrimentum patiatur?
Aut quā dabit hō commutationē pro aia
sua? Filius enim hoīs uenturus est in gloria
patris sui cū angelis suis r tunc reddet u
cuiq; secundū opa sua. Amen dico uobis
est quida de hic stantibus qui non gustabūt
mortē donec uideant filiū hoīs uenien
tem in regno suo. xvii.

Et post dies sex assumpsit ihc petrū
iacobum r iohēm fratrem eius et
duxit illos in montē excelsum seorsū
et transfigurat' est ante eos. Et resplenduit
facies ei sicut sol. Vestimenta aūt ei facta
sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis
moyses r helias cum eo loquentes.
Petrus aūt respondens dixit ad ihm. Dne bo
num est nos hic esse. Si uis faciamus hic
tria tabernacula. tibi unū. moysi unū.
r helie unū. Adhuc eo loquente ecce nu
bes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox
de nube d. Hic est filius meus dilectus in q
mihi bene complacui. Ipsum audite. Et audi
entes discipuli ceciderunt in facies suas r
timuerunt valde. Et accessit ihc et tetigit
eos dixitq; eis. Surgite et nolite timere.
Leuantes aūt oculos suos: neminē uidē
runt nisi solum ihm. Et descendentibus illis de
monte precepit illis d. Nemini dixeritis
uisionem donec filius hoīs a mortuis re
surgat. Et interrogauerunt eum discipuli dicē
tes. Quid ergo scribe dicunt quod helyam oportet
primum uenire? At ille respōns ait. Helyas
quidem ueniens restituet omnia. Dico aūt
uobis q helyas iam uenit r non cognouerunt eum. Sed
fecerunt in eum quecūq; uoluerunt. Sic r filius
hoīs passurus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli q de iohē baptista dixerat eis. Et cū
uenissent ad turbam accessit ad eum hō ge
nibus prouolutus ante eum d. Dne miserere
filio meo q lunaticus est r male patit.
Nam sepe cadit in ignē r crebro in a
quam. Et obtuli eum discipulis tuis r non potu
erunt curare eum. Respōns ihc dixit. O gnā
tio incredula r prauā quousq; ero uobiscum. usq;
quo patiar uos. Afferte huc illum ad me.
Et increpauit illum ihc r exiuit ab eo
dem omnī. Et sanatus est puer ex illa ho
ra. Tunc accesserunt ad ihm discipuli secreto
r dixerunt. Qr nos non potuimus eicere illum.
Dicit illis ihc propter incredulitatē ue
strā. Amen quippe dico uobis si habueritis fidē sic
ut granum synapis dicetis monti huic
transi hinc r transibit r nichil impos
sibile erit uobis. Hoc aūt genus non eicitur nisi p
oratiōnem r ieunium. Conuersantibus aūt eis
in galilea dixit illis ihc. Filius hoīs
tradendus est in manus hoīm r occident
eum r die tertia resurget. Et contristati sunt
vehemēter.

Et cum venissent capharnaum accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt ei. magister noster non solvit didragma hic. Et cum intrasset prevenit eum ihs dicens. Quid tibi videtur symon. reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum. a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filii. Verumtamen ut non scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore ejus invenies staterem illum sumens da eis pro me et te.

